3 cto.in.l.que dotis.ff.ſo.mat.† ſi ergo trāſactio fuiſſet expreſſa papa facilius conceſſiſſet taciturnitas ergo nō reddit gratiā ſubreptitiam nullā.ita concludūt do.Anto.Jo.de Jmo.⁊ dn̄s Abb.i d.c.ſuper literis.⁊ Dominicus late in repeti.d.c.poſtulaſti.in.xv. col.⁊ Rota in antiquioribus.in ti.de preben.deci.xix.⁊ Calde.cōſilio.vj.in tit.de reſcrip.bene facit tex.in.c.ondū.in verbo conſiderantes.de preben.in.vj.ad idē tex.in.c.ſi pro clericis.eo.tit.⁊ lib.⁊ Rota in antiquis.in tit.de reſcrip.deciſ.lxv.❡ Sed poſſet cōtra hoc inſtari quod regula proxime tradita procederet niſi expſſe iure caueret qđ de partium trāſactione in gratia mētio eſſet fienda prout videṫ eſſe in tranſactione vt habetur in.d.c.ex multiplici.cum ſimi.quia tunc quādo ius diſponit aliquid exprimi debere:ſi illud nō fuerit expreſſum gratia redditur ſubreptitia ⁊ nulla licet ſi illud fuiſſet expreſſum princeps fuiſſet vtiq̄ conceſſurꝰ tex.eſt cū glo.pe.in.c.ſi motu proprio.de preben.in.vj.⁊ tenēt Dominicus ⁊ Moder.in.d.c.poſtulaſti.⁊ in.d.c.ſuper literis.⁊ in.c. ondum.de prebē.in.vj.❡ Sed ad hanc obiectionē reſpondeo qđ forte predicta obiectio procederet q̄ gratia tolleret trāſactionē ſeu eſſet ꝯtra tranſactionē per ea que ſupra dicta ſunt.bene facit l.cauſas.cum materia.C.de trāſac.ſed in caſu noſtro ꝯſcriptū cōtinet idem qđ trāſactio quo caſu reperitur iure expreſſum qđ de tranſactione mentio ſit facienda:vnde ſtat firma theorica ſupra allegata qđ ex quo princeps vtiq̄ fuiſſet conceſſurus nō vitiatur

reſcriptum ex tali taciturnitate prout eſt etiā caſus quem ibi no. Bal.ad hoc in.l.j.C.ſi contra ius vel vtili.publ.❡ Confirmo hāc reſponſionem in ſimili.nam clarum eſt ꝙ reſcripta iuri cōtraria nō valent.l.nec dānoſa.⁊.l.reſcripta.cū vtrobiq̄ nota.C.de preci.impera.offe.⁊ tamē quando continēt idē ꝙ ius commune valent imo interpretari debet vt aliquid vltra operentur:ita concludunt Hoſtiē.⁊ cōmuniter Cano.in.c.j.de reſcrip.⁊ Bal.in aut.habita. in quarto notabi.C.ne filius pro patre.⁊ Bal.in.l.j.verſi.quinto oppono ver.ſi ſeruus extero.⁊ do.Cardi.⁊ Abb.in.c.ſi.circa medium.extra de prebē.pro his adduco ꝙ ex quo tranſactio cōtinet idē qđ gratia talis gratia ad cautelā impetrari potuit.tex.eſt bonus in ſimili in.c.poſt electionē.extra de conceſ.prebē.⁊ ibi domi. Abb.in.iij.not.⁊ Abb.in.c.in materia.de reſcrip.⁊ not.in ſimili do.Abb.in.c.cū olim.el.ſi.extra de priuile.⁊ Lapus allegatiōe ſi. ⁊ plene in ſimili Ludo.roma.cōſi.cccc xxiij.incip.quo ad primū. ad ſi.⁊ Cardi.in tit.de elec.conſi.vij.facit qđ pa lchec voluit Abb. in.c.cū olim.ver.⁊ no.iſtam glo.de re iudi.in quibus patet ꝙ poteſt quis diuerſa remedia impetrare ad eundem effectum licet in ſecūdo de primo non fiat mentio que bene faciūt in propoſito.⁊ ſic remanet defenſata ſecunda ratio ſupra adducta.❡ Tertia ratio eſt qꝛ trāſactio reſpicit merita cauſe ⁊ oritur ex ea exceptio pemptoria:vnde licet de tali tranſactione non ſit facta mentio in gratia tamen gratia non redditur nulla:licet per illaȝ exceptioni peremptorie non preiudicetur.caſus eſt in.c.j.in ſi.prima.⁊ ibi not.extra de litis conte.lib.vj.⁊ tenent domi.Anto.Abb.⁊ Joā. de imo.in.c.j.de reſcrip.in antiquis.⁊ Rota in tit.de reſcrip.deciſi.lv.in antiquis.⁊ tenent doc.in.d.c.j.de litis.conteſta.lib.vj.cum ſimi.❡ Sed contra hoc fundamētum arguitur.nam theorica ſupra deducta procedere non videtur in literis ad beneficia in quibus taciturnitas ſtatuti priuilegij vel alicuius iuris vitiat:ita dicit Jo.de imo.in.c.j.de reſcrip.per tex.in.c.conſtitutus.eodem tit. ⁊ idem Jmo.in.c.cum ordinem.eo.tit.⁊ tenet Dominicus in.c.j. de lit.conteſta.in.vj.⁊ do.Abb.poſt alios in.c.ex parte.ꝶ.extra de foro ꝯpe.ad iſtam difficultatem dici poteſt dupliciter.❡ Primo qđ licet in literis ad beneficia ita ſit:tamen in gratiis principis ꝓterq̄ ad beneficia eccleſiaſtica dici poteſt ꝙ gratia teneat: ſi tamen per illam pacto ⁊ tranſactioni non derogetur.ita pbat tex.in.d.c.ex multiplici.de deci.vbi hoc in terminis decidit domi. Cardi.reprobans glo.ibi que contrarium tenuit dicens ꝙ quando qs tacet id per quod ibi obſtat exceptio peremptoria priuilegium non eſt nullum.allegat quod habetur in.c.cum olim.de ꝓſcrip.⁊ in.c.j.de litis conteſta.in.vj.⁊ vere ille tex.in.d.c.ex multiplici.hoc probat quia dicit quod nō obſtante priuilegio partes cogan̄ṫ ad obſeruantiā pacti.⁊ ſic ſupponit priuilegiū validū qꝛ ſi nullum eſſet non poſſet priuilegium obſtare in regula nō ꝓſtat.de reg.iur.in.vj.⁊ ſic dici poteſt ꝙ illa regula quod beneficia principum ſunt nulla propter vitium obreptiōis ſicut reſcripta ad beneficia non habet locum quando quis tacet illud quod producit exceptionem peremptoriam ⁊ in hoc magis equiparātur reſcripta ad lites que nō ſunt nulla.❡ Confirmo quia tex.dicit quod non fuit ſue intentiōis per priuilegium pacto derogare ⁊ ſic non dicit qđ non fuit intentionis cōcedere priuilegiū ſed qđ non fuit intentionis derogare que verba arguunt validitatē priuilegij.l.ij.§.ſi quid a principe.ff.ne quid in loco publico.⁊ in.c.ſuper eo.de offic.deleg.⁊ ſic vult tex.quod quatenus priuilegiū eſt contra pactum ſeruetur pactum:ſed quatenus nō eſſet cōtra pactum ſeruetur priuilegium.❡ Subtilius ſtringo.nā ſi priuilegiū ibi eſſet nullum.qꝛ de pacto non fuit facta mentio tanq̄ ſubreptitium equiparando talem gratiam reſcriptis ad beneficia nō valeret neq̄ effectum habet priuilegiū etiaȝ ſi aduerſarius imperatoris cōſentiret.ita dicit no.do.Anto.poſt Jnno.in.c.cum olim. in vltimo not.extra de re iudi.ſed in.d.c.ex multiplici.in fin.dicit quod partiū concordia res ſopiri poteſt.igitur apparet qđ priuilegium nō erat nullū ſicut reſcripta ad beneficia que ſunt vel de ſtricti iuris vt dicit domi.Abb.in dicto.c.ſuper literis.⁊ licet videatur equiparare literis ad beneficia ⁊ multi velint quod facilius priuilegia irritentur vt volunt Jnno.⁊ domi.Anto.in eodem loco allegantes Jo.an.in.c.cum dilecta.eodem tit.tamen in hoc videtur ſe habere vt excedentia ⁊ exceſſa per tex.in.d.c.ex multiplici.fortius tertio hoc dicendū videtur in beneficiis principis ⁊ gratiis prout eſt in caſu noſtro in quibus ſit lata interpretatio in.l.fina.ff.de conſtitu.princi.c.cum dilecti.de donatio.Secundo dici poteſt quod conceſſio pape in multis concordat cum trāſactione in illis.ergo valere debet cōceſſio.ſed quatenus diſcordat dicamus tranſactionem preualere poſito quod valeret quia coȝ ſint ſeparabilia vtile per inutile non debet vitiari vt in.l.grece.§. illud.ff.de fideiuſſo.⁊ ibi per Bar.⁊ in materia propria probaṫ in.c.ſi eo tempore.de reſcrip.in.vj.⁊ per gloſ.⁊ Lapum in.c.non poteſt.de preben.in.vj.⁊ not.gloſſ.⁊ docto.in.c.conſtitutus.de reſcrip.⁊ domi.Anto.in clemen.ſi.extra de reſcriptis.Nam iſta eſt

natura iuris derogatoriū q̄ catenus deroget quatenus contradi
cit vt in.l.ſancimus.C.de teſt.ꝛ in.l.precipim⁹.C.de app. ¶ Po-
ſtremo non omitto q̄ partes acquieuerūt dicte cōceſſioni ꝑut
in alia dubitatione deducet̄ igit̄ non poſſunt contra illā venire
vt probat tex.in.d.c.ex multiplici.de decimis.quatenus enī3 gra
tia concordat cū tranſactione omnino valere debet ex quo nō ꝑ-
iudicat̄ iuri alicuius partiū.per no.per Jo.an.ꝛ doc.in.c.ſi.extra
vt lite pendēte.facuit etiā que infra dicentur. ¶ Circa ſecundā
difficultatē an valuerit bulla conceſſa a paulo videbatur prima
4 facie dicēdum q̄ nō duplici ratione. ¶ Prima ratio eſt q̄ † nar-
ratum fuit in Bulla Pauli cōceſſio Eugenij que dicitur nulla
ꝛ ſubreptitia quā3 ſi nullam ꝛ ſubreptitiā ſciuiſſet pōtifex forte
nō ita de facili conceſſiſſet talem gratiam.nā q̄ñ per ſecūdā3 gra-
tiam augmentatur ius queſitum ex prima ſemꝑ de prima facien-
da eſt mētio glo.in.c.ſi apoſtolice.de preben.in.vi.ꝛ ideo dicit ibi
Dominicus quod in omnibus literis per quas ius antiquū au
gmētatur vel ꝯſeruatur d3 fieri mētio gratie antique.ſed in caſu
noſtro ex quo prima gratia dicit̄ nulla ꝛ ſic augmentabat̄ ſeu cō
ſeruabatur igit̄ de tali nullitate gratie videbat̄ mentio facienda
igitur dicendū videt̄ q̄ talis gratia Pape Pauli tanq̄ ſubre-
ptitia ſit nulla per tex.cum ibi not.in.d.c.poſtulaſti.ꝛ in.d.c.ſup
literis.cu3 vulgaribus. ¶ Scd̄a ratio que magis ſtringere videt̄
eſt q̄ ſi locū habet trāſactio facta ante Eugenij conceſſionem in
trāſactiōe emphyteota promittit ꝛ inuuit q̄ ſinito tempore in
trāſactione cōpꝛehenſo aſſignare cū omni melioramēto dicta bo
5 na † emphyteotica que trāſactio iurata nō fuit narrata l gratia
cōceſſa a Paulo.vnde nō eſt cēſendū q̄ pontifex preiudicare vo
luerit trāſactioni iurate:ar.no.glo.in.c.cū non deceat.de elec.lib.
vi.ꝛ tenet do.Anto.ꝛ Moder.in.c.j.de his que fiunt a maio.par
te capituli.ꝛ hoc tenet ꝛ late proſequit̄ Pet.de ancha.in ſuo ꝯſ.
cccviij.incip.niſi legibus ꝛ canonibus ꝛ licet dicamus q̄ in quo
libet iuramento intelligitur excepta autoritas ſuperioris vt l.c.
quemadmodū.ꝛ in.c.veniētes.de iureiur. illud intelligo quando
6 ſuperior habet notitiā iuramenti.alʼs non intelligitur q̄ † papa
autoritate excepta vti voluerit.ita concludunt domi.Ant.Abb.
ꝛ Jo.de imo.in.c.conſtitutus.extra de reſcrip.ex quibus videbat̄
q̄ dicta Bulla Pauli tanq̄ ſubreptitia ſint nulla. ¶ S3 his nō
obſtantibus cōtrariā ſententiam veriorē exiſtimo q̄ imo dicta gra
tia a Paulo cōceſſa viribus ſubſiſtat:cuius cōcluſionis veritas
apparebit defendēdo illā ab obiectionibus ſupra in cōtrariū fa
ctis.ꝛ ad primā obiectionē reſpōdeo q̄ imo Bulla Eugenij fuit
valida prout ſupra probatū fuit:vnde ex eius nullitate nō poteſt
argui ſubreptio gratie cōceſſe a Paulo.quinimo dico q̄ poſito
q̄ gratia Eugenij narrata fuerit nulla tamē gratia Pauli vali
da cenſeretur hoc probatur in ſimili nam ſi aliquis narrat ſe ca-
nonice beneficiu3 obtinere licet illud de facto obtineat ꝛ iniuſte
nō redditur impetratio nulla q̄ iuſte an iniuſte quis detineat eſt
quid extrinſecum a gratia niſi ex eo inhabilis redderetur ſecūdū
Franciſcum vergelenſem in cle.ſi Romanus.in ſi.de preben.quē3
refert Jo.miles in ſuo repertorio in verbo gratia.in.iij.col.ꝛ ꝓ-
batur ex his que ponit Specu.in titu.de diſpenſatione.§.viden-
dum.ver.ſed nunquid nocet.idem voluit Compoſtel.in.c.dudū.
el.ij.de elec.ꝛ Joan.an.in.c.non poteſt.de prebē.in.vi.in nouella.
¶ Fortius dico quod in caſu noſtro Bulla Pauli ex nulla obre
ptione dici nō poteſt nulla ex quo per illā nō cōceditur gratia:ſ3
cum cauſe cognitione mādat̄ gratia exequēda.hanc cōcluſione3
probo ex duobus. ¶ Primo probo per ea que dicit ſingulariter
Bal.in.l.pſcriptio.C.ſi contra ius vel vtil.publi.in.iiij.colū.vbi
volũt q̄ q̄ñ in priuilegiis eſt annexa cauſe cognitio puta q̄ ꝓ-
uideatur de aliqua gratia habita cauſe cognitione valet licet nō
fundet̄ in ſubſtātia veritatis.ꝛ ſi quis ex hoc grauatur oportet q̄
appellet.allegat q̄ habet̄ in.c.dudu3.de reſcrip.ꝛ in cle.j.de offi.
deleg.ꝛ hoc idem videnť voluiſſe Cōpoſtel.Joā.an.do.Anton.ꝛ
Joan.de imo.in.c.ad audientiam.de reſcrip.q̄ tunc litere ſunt ſi
miles literis de iuſtitia.ꝛ l3 dn̄s Abbas videat̄ ibi cōtrariū velle
7 ex eo † q̄ ſi litere gratie ſunt nulle proceſſus executionis eſt nulli⁹
ex defectu poteſtatis:vt in.c.j.de reſcript.in.vi.tamen communis
opi.videt̄ eſſe cōtra eum.item videtur iſta differre an beneficium
cōcedatur ꝛ cōmittatur executio cauſa cognita quo caſu videtur
procedere difficultas domini Abbatis q̄ reſcriptum ſit nullu3
q̄ eſt acceſſorium ad gratiam ſicut declarat Abb.in.c.ceterum.
de reſcrip.ꝛ in.c.cōſtitutus.in vltimo not.eo.tit.an vero litere de
cōcedendo beneficio cauſa cognita cōcedant̄.quo caſu magis vi-
dentur equiparari literis ad litem.ꝛ ita loquatur Bal.nā primo
confertur beneficiū.ſecūdo nō:ſed mandatur cognitio de cōferē-
8 do que differunt vt ſtatim dicetur ¶ † Secūdo q̄ inter alias ra-
tiones differētie inter literas gratie ꝛ iuſtitie do.Abb.in.d.c.ad
audientiam.illam dicit ſatis apparentem:quia facilius concedū
tur litere de gratia cōcedenda cauſa cognita ſtantibus veris nar
ratis per que princeps ad cōcedēdu3 mouetur quia magis vidē-

a ¶ Clauſula nō obſtātib⁹ ꝛc. q̄ volumus ꝓ expꝛſſis habe-ri q̄d īportet.

b ¶ Clauſula ceteriſq̄ cōtrariis q̄buſcūq̄ ꝛ clauſula q̄rū omniū tenores ac ſi de vbo ad verbū ꝛc.q̄d īportet

tur imitari naturā literarum de iuſtitia ꝛ faciliter concedantur
vt experientia docet que eſt rerū magiſtra.c.quā ſit. de elec. meli⁹
tamē facit ratio quā adducit Cardi.ꝛ ſequit̄ Joā.de imo.in.d.c.
ad audientiā.q̄ litere ad beneficia tribuunt ius litere ad litē tri
buūt iudicem ꝛ nō ius:q̄ ratio militat in noſtris literis gratio-
ſis q̄ tribuunt iudicē ꝛ nō ius.igit̄ idem ius eſſe debet.c.tranſlato.
de cōſtitu.ꝛ iſto modo pōt defendi opi.Bal.ꝛ alioꝝ. Ex quib⁹
dici pōt q̄ non obſtāte ſecūda ratione in cōtrarium allegata ad
hoc bulla Pau.ex ſubreptione nulla dici nō poteſt ad quā etiā
rn̄deo. ¶ Primo q̄ dicta trāſactio nō fuit ſimpliciter facta ſed
partes conuenerūt q̄ quamprimū poſſent deberet notificari ma
giſtro Rhodi vel ſummo pontifici ꝛ ſicut reſcriptum foret ꝓmi
ſerūt obſeruare.talē enim notificationē ꝛ implementū facere te-
nebātur quāprimum dabat̄ facultas:tū ex forma cōuētionis:tū
etiā de iure cōmuni vt probatur in.l.pe.§.ſi.ff.ad trebel.ꝛ in.l.pe.
C.de ꝯdi.inſer.ꝛ melius per Bar.in.l.ſuus quoq3.§.ſed ſi filio.ff.
de here.inſti.ꝛ probatur in.l.cōtinuus.§.cum ita.cum ibi not.ff.
de verb.obli.cū ergo hoc partes non fecerunt videntur receſſiſſe
a dicta trāſactione ꝛ adheſiſſe bulle Eugenij q̄ etiā ex alio oſtē-
dit̄ q̄ finito tēpore trāſactionis q̄ adhuc durabat bulla Euge-
nij cōtinuarūt partes in dicto tractatu ꝛ ſic per actiones ſequē-
tes declarat̄ intentio in precedētibus.l.qui filiabus.in princ.ꝛ in
9 l.ſi ſeruus plurium.ff.de lega.j.quinimo dico q̄ † trāſactio nunq̄
fuit habita pro abſoluta.igitur trāſactio dici nō poteſt.l.cōtra-
ctus.cum materia.C.de fide inſtru.quod antē non fuerit habita
pro abſoluta probat̄:quia ex quo partes nō ſimpliciter obligaue
runt:ſed ſecundū q̄ reſcriberetur per magiſtrum vel per papā
videnť ſe retuliſſe ad illud tempus ꝛ obligationem in illud tem
pus contuliſſe iſta concluſio probatur ex his que notāter ponit
Pau.de caſt.in.l.cum res.C.de probatio.in.l.cōtractus.C.de fidē
inſtru.ꝛ in.l.qui his idem.ff.de verbo.obli.vbi voluit q̄ ſi partes
ſunt concordes de cōtractu ꝛ conueniunt q̄ de tali cōtractu ſit
rogatus notarius videnť contuliſſe ſubſtātiam in illud tempus
ꝛ interim recedere poſſunt igitur fortius in caſu noſtro cum nō
eſſent concordes ſimpliciter ſed ſecundum quod reſcriberetur.
¶ Cōfirmo per ea que dicit Specu.in titu.de empi.ꝛ vendi.§.j.
verſ.ſed ſi dictum ſit.vbi nota.voluit quod ſi quis promittit fa-
cere emptori chartam ad ſenſum ſapientis in limine contract⁹
ſiue in ipſo contractu anteqū fiat charta ſecundu3 ſenſum ſapiē-
tis non dicitur contractus perfectus per not.in.d.l.contractus
ergo idem dicamus in caſu noſtro in quo partes voluerunt con
tractum celebratum intelligi ſecundum quod reſcriberetur an-
tequā reſcriberetur non dicebatur cōtractus perfectus.ꝛ iſta eſt
concludens reſponſio ꝛ ex hoc patet ratio propter quam dicta
tranſactio vt mihi dicitur non fuit amplius allegata.
¶ Reſpondeo aliter quod in caſu noſtro iuramentum de reſti-
tuendo rem finito tempore quod videtur in caſu noſtro obſtare
videtur continere illud idem quod continebatur ſecundum ius
l.ſi quis conductus.ff.locati.igitur priuilegium ſeu gratia dero
gans iuribus contradicentibus videtur etiam huic iuramento
derogare:ſicut dicimus in priuilegio quando continet idem q̄
ius commune per not.in capi.j.extra de reſcrip.ꝛ licet hec reſpō-
ſio ſit dubia per not.per gloſ.in cap.dudum.de ſepulturis.ꝛ per
domi.Anto.in.c.j.de his que fiunt a maio.parte capitu.tamē in
10 caſu noſtro procedit de plano. † Nam licet in dubio non vide-
tur voluiſſe tollere tranſactionem iuratam: tamen ex quo pon-
tifex voluit ſtatim lite3 haberi pro expreſſa ſuper qua lite fuerat
tranſactum apparet de intētione pontificis quod voluit omni-
no concedere non obſtante quod ſuper lite fuiſſet tranſactu3 cū
a iuramento:quoniam per dictam clauſulam non obſtantibus^a
ꝛc.que volumus pro expreſſis haberi cenſentur ſublata illa de
quibus etiam mētio ſpecialis erat facienda ſecūdum dominum
Anto.in.c.j.de reſcrip.ꝛ tenet dominus Antonius in cōſilio.ſ.
incipiente viſis literis.quia poteſt papa fingere ad validitatem
actus expreſſum quod expreſſum non eſt.allegat tex.in capi.j.de
tranſactio.vnde habetur arg.ſi illa q̄ erant exprimenda fuiſſent
ſingulariter expreſſa.ita dicit Ange.per illum tex.in.l.omnes.C.
de preſcriptio.triginta annoru3.ꝛ Bald.in extrauagan.de pace
conſtantie.in verbo non obſtante.ꝛ in.l.diuus.§.licet.ff.de iure
codicillorum.ꝛ Joan.de imol.in clementi.prima de ſepulturis.
ꝛ tenet Rota in nouis.in titu.de reſcrip.deciſione.xx.
¶ Cōfirmo hoc quia papa tollit ordinationem cōſtitutionis ꝛ
ſtabilimēta iurata per que patet quod non curauit quod ea que
in cōtrariū faciebāt eſſent iurata.argumē.l.qui filiabus.in prin-
b cipio.ff.de lega.j.ꝛ probatur ex illis verbis ceteriſq̄ contrariis^b
quibuſcūq̄ iunctis illis verbis quorum omniu3 tenores ac ſi de
verbo ad verbum inſerte forēt.vnde dicit Bal.in.c.ſuper literis.
de reſcriptis.verſ.quid ſi papa.quod quando papa vult haberi
aliquid pro expreſſo habetur ac ſi illa fuiſſent ſpecificata ex iſta
reſponſio etiam videtur tollere difficultatem. Et iſta reſponſio
reſpicit

reſpicit Bullam eugenij in quo eſt talis clauſula ꝛ bullam Pau
li qui voluerunt qꝺ in eis intelligerent inſerte omnes clauſule nō
obſtantium inſerte in alijs bullis ꝛ ſic habeť ac ſi eſſent ibi deſcri
pte.l.ſi ita ſcripſero.ꝛ ibi per Bar.plene.ff.de cōdi.ꝛ demōſtra.ꝛ
p doc.plene in.l.aīt pretor.§.ſi iudex.ff.de re iu. ¶ Poſtremo reſpō
deo ꝛ preſuppono quod ex quo plures ſummi pontifices eandeꝫ
conceſſionem fecerūt qꝺ princeps de facili tales cōceſſiones facie
iuxta no.per lappū allegatio.lxxix.incipi.duo prelati.ꝛ probať
in.l.apud Julian ſi.prout pōderant dñs Frāciſcus de albergotis
ꝛ moderni.ff.de lega.i. ¶ Preterea Eugenius qꝛ iſti reſtituerunt
dicta bona pena diſtricta nō obſtante qꝺ eſſent deuoluta ꝓpter
canonē nō ſolutū:tñ iterum cōceſſit.vnde ex hoc infero qꝺ in ca
ſu nostro veriſimiliter iteꝫ ꝯceſſiſſet lꝫ ſpecifice fuiſſet narrata trāſa
ctio lꝫ forte nō ita de facili.itē preſupponēdū qꝺ iſte q impetrauit a
Paulo non habebat notitiā dicte trāſactiōis qꝛ ꝯcta cū ſuis an
torībus.l.qui in alterius cum ibi nota.ff.de re.iu.ꝛ in.l.ſi quis in
ſciatus.ff.de poſtri.cum ſi.Ex quibus ſuccedit regula qꝺ qñ taci
turnitas cauſať a b ignorantia habet locum tantum illa regula.
princeps nullo modo fuiſſet conceſſurus:non autem illa nō ita
de facili fuiſſet conceſſurus.de qua in.c.poſtulaſti.de reſcriptis.
¶ Primum tenet Abbas ꝛ Jmola in.d.c.ſuper literis.
¶ Scdm tenet ibi Abbas per tex.in.c.gratia.de reſcri.in.vi.ꝛ ſe
quitur Jmo.vt ibi per eos.ſed ſtatim dici poſſet qꝺ dicta regula
locum habet niſi preiudicetur iuri tertij ſm Abbatem per illuꝫ
tex.in.c.conſtitutus.de reſcrip.ꝛ in.d.c.ſuper literis prout videť
eſſe in caſu noſtro propter tranſactionem premiſſam.ſed ad hoc
reſponderi poteſt hāc obiectionē procedere niſi eſſem⁹ in illis in
quibus papa habet pleniſſimam poteſtatem.Nam videmus qꝺ in
beneficialibus in quibus habet pleniſſimam ptātem poteſt Pa
pa reſcribere in preiudicium alicuius ſine clauſula.non obſtante
licet ſecus ſit in alijs ſm dominum Ant.in.c.que in eccleſiarū.de
conſtitutionibus.ſed in rebus eccleſiarū habet pleniſſimam ptā
teꝫ prout eſt bonus caſus in.c.mācipia.de rerū permuta.ꝛ tradit
do.Abb.in.c.cum veniſſent.de iud.ꝛ in.c.conſtitutus.de relig.do
mibus. ¶ Confirmantur premiſſa qꝛ in trāſactione dicitur qꝺ
volunt quod dicta conceſſio ſortiatur effectum ſm qꝺ per ſum
mum pontificem reſcriptum fuerit.cum ergo fuerit reſcriptum
licet tranſactio non fuerit narrata videtur reſcriptuꝫ valere.hoc
probatur.nam ſi aliquis iurauit non alienare romano pōtifice
inconſulto ꝛ poſtea habuit licentiam alienandi non facta men
tione de iuramento reſcriptum valet ſm Joan.an.in.c.vt ſuper
de rebus eccle.non alie.ꝛ tenet Bald.in.c.i.qui feudum dare poſ
ſunt.ex quibus omnib⁹ adminus ſimul iunctis arbitror bullam
ꝛ conceſſionem Paulli validam eſſe.Succedit nunc tertia diffi
cultas quo clypeo ſe tueri poſſit emphyteota q nūc poſſidet ad
uerſus preceptorem dicte eccleſie.circa quam difficultatem dico
qꝺ triplici clypeo poteſt ſe tueri.
¶ Primo qꝛ vt narratur in puncto iam predeceſſor trāſegit cū
emphyteota ſup dicta emphytheoſi.quo caſu quaten⁹ probabiť
11 tranſactio ſeruāda erit:†qꝛ potuit ſolus rector tranſigere ex quo
ſolus poterat concedere iuxta no.in.c.cum tempore.de arbi.ꝛ in
.l.i.C.ſi aduerſus tranſactionem.quod aūt poſſet ſolus concedere
eſt cōis concluſio doc.in.c.vt ſuper.de rebus ecc.nō alie.qꝛ ex quo
dominium vtile non eſt eccleſie non dicuntur bona ſolita in em
phyteoſim concedi ſi negantur eſſe de menſa.ꝛ ideo ſolus prela
tus poteſt concedere:prout etiam traditᷣ in.c.i.qui feud.dare poſ
ſunt.ꝛ tenet Barto.in auť.qui rem.C.de ſac.ſan.eccle.ꝛ Joan.de
imo.in.c.potuit extra de locato.ꝛ ita ſepius conſultum vidi per
12 doctiſſimos viros ꝛ bis cōſului. ¶ †Sed hic ſupereſt vnus ſcru
pulus quia de cōceſſione emphyteoſis videtur qꝺ debeat in ſcri
ptis conſtare vt videtur probare tex.in.l.i.C.de iure emphy.ꝛ te
net gl.in vna opinione quam ſequuntur Petr.Cy.Alberi.Sa
lice.ꝛ magis communiter doctores.ꝛ Jo.an.Petr⁹ de anchara.
dominus Cardi.ꝛ Jmo.in.d.c.potuit.ꝛ ideo dici notanter bal.
in propoſito in.l.i.C.quando non peten.partes.quod licet ſiniſta
emphyteoſi dominus pateretur emphyteotam vti frui ꝛ recipe
ret canoneꝫ non intelligeretur facta renouatio iuxta tex.in.l.itē
a queritur.§.qui impleto.ff.locati.ᵃ ex quo contractus requirit ſcri
pturam vt probat ille tex.in vltimis verbis.
¶ Sed ad hanc obiectionem reſpondeo qꝺ cōtraria opinio ſer
uanda eſt quam tenet gloſſ.in.d.l.i.in vltima opinione quam ſe
quitur Bartol⁹ dicens quod illam approbat cōſuetudo ꝛ obſer
uat.ꝛ ſequitur Angelus ꝛ Florianus qui dicit quod requiſitus
quod pro alia parte conſuleret noluit conſulere.ꝛ Specula.in
titu.de locato.§.nunc aliqua verſiculo.v.quia ita interpretatur
conſuetudo que eſt optima legum interpres.l.minime.ff.de legi
bus.ꝛ tenent dominus Antoni.ꝛ Abbas in.d.c.potuit.ꝛ licet
13 contraria videatur magis communis tamen iſta † conſuetudo
approbata ſeruari debet iuxta nota.l.i.dos a patre.ff.ſoluto ma
trimonio.ꝛ in lege prima.ꝛ in autentica ibi poſita.C.ſi ſecund o
nupſerit.Poteſt etiā dici prout ſtatim dicetur. ¶ Secundo pōt
ſe tueri alio clypeo.ſ.qꝛ ex quo virtute bulle apparet qꝺ ſeq de
bebat condemnatio quia pro actu publicato proceſſu inductuꝫ
erat notorium iuxta not.in.c.ſignificauerunt.extra de teſtibus.ꝛ
preceptor etiā ſegerit.itē receperit canoneꝫ multis annis cenſetur
voluiſſe bonam fidem agnoſcere.Nam ſolus poterat hoc facere
vt dixi.ꝛ hoc ar.vetitur tex.no.in.l.emptorē.ff.de act.emp.Proba
tur etiā in.l.ad ſolu.C.de re iudi.Nā poteſt etiam quis ante ſen
tentiam facere id ad qꝺ ſequuta ſententia poſſet vrgeri ꝛ illā nō
expectare:iuxta nota.in ſimili in.l ſi reus paratus.ff.de procura
toribus.ꝛ in.l.ſi domus.§.qui cōfitetur.ff. de legatis primo .ꝛ ſic
cōcludiť qꝺ tranſactio ꝛ receptio Canonis facta fuere ad execu
tionem proceſſus agitati ex quo veniebat conceſſio omnino faci
enda. Bene facit quod no. Bar.in.l.iij.§.ſi ſeruus.ff.de acquiren.
poſſeſſ.ꝛ melius qꝺ ibi dicit Pau.de ca.ex quib⁹ etiā dico qꝺ cū
de tali proceſſu appareat ſcriptura cuius virtute fuit tranſactū
ꝛ ſolut⁹ canō.Nō obſtat qꝺ de emphyteoſi nō dicať confecta ſcri
ptura qꝛ dicitᷣ confecta ex quo apparet talis proceſſus ſicut in ſi
mili notat nota.Angel⁹ ꝛ ſequuntur Moderni in.l.edicto.C.de
edicto diui adria.tollen.vbi vult qꝺ ſicut ex teſtamēto de quo ap
paret ſcriptura debet quis in poſſeſſioneꝫ mitti ex diſpoſitione
illius.l.ſi ita ſi teſtes ſunt examinati ſup teſtamēto virtute talis
proceſſus poteſt in poſſeſſioneꝫ mitti. ¶ Cōfirmatur iſta opinio
quia vt late diſcutit dominus Abbas litere per quas non cōce
ditur beneficium ſed conceditur mandatum de prouidendo nō
tribuunt titulum ſed primordium ꝛ principium tituli. Quin
14 imo voluit rota in nouis numero.cccclvj.quod †litere in benefi
cialibus habeantur loco tituli.allegans compoſtel.in.c.conſtitu
tus.de reſcriptis.ꝛ not.in.c.i.de lit.conteſta. in. vj.ergo idem in
caſu noſtro in quo latior fieri debet iterpretatio vt dictū eſt.ſi er
go habeatur loco tituli res eſt clara ſi non ſunt principium titu
li dicuntur eſſe maior pars ꝛ potentior.l.i.ff.de origine iuris.ꝛ cō
ſequenter cum maior pars contractus appareat in ſcriptis dici
tur contractus in ſcriptis celebratus qꝛ potentiori pares eſſe nō
poſſumus ꝛ minus potens potētiori cedit.l.queritur hermafro
ditum.ff.de ſtatu ho. ¶ Confirmatur iſta concluſio ex his q̄ po
nit Barto.poſt Jac.de bu.in.l.certi condictio .§. quoniam igiť.
ff.ſi certum peta.ꝛ dominus Anto.per illum textum in c. ſeries.
de teſtibus. ¶ Circa qꝺ habet dict⁹ emphyteota remediū : quia
poterit petere compelli receptorem ad faciendum inſtrumentū de
dicta tranſactione.arg.text.in.l.ſi quis argētō.in ſi.in verbo mo
numentorum. Per quem ita in ſimili determinat ſingulariter
Barto.de Saly.ibi. ¶ Tertio ꝛ vltimo clypeo poteſt ſe tueri pe
tendo a delegato qꝺ procedat ad executionem commiſſionis ꝛ p
cedat ſm literarum tenoreꝫ.Nec impediri poteſt ſeu repelli ex eo
15 †qꝺ delegans mortuus fuerit cuius morte regulariter expirare
ſolet iuriſdictio delegati vt in.l.prima.q̄ſtio. ſecūda. cū materia.
ff.de iuriſd.om.iu.quia dici poteſt in primis qꝺ videtur mādata
executio gratie quo caſu non expirat per mortem delegantis vt
in.c.ſi ſuper gratia.de offic.delega. in. vj. Reſpōdetur ꝛ dare qꝺ
ex quo eſt proceſſum vſqꝫ ad publicationem proceſſus nō eſt res
integra.ꝛ ſic nō expirat iuriſdictio delegati morte delegātis vt ple
ne no.in.d.l.ſecūda q̄ōne ſecunda ꝛ in.c.gratum.ꝛ in.c.relatum.ꝛ
in.c.ſi.de offic.dele.ꝛ conſequenter durat perpetuo: tuꝫ quia fuit
ſolum hoc reſcriptum iuxta nota.in.c.ſi nauteꝫ.de reſcri. iuncto
tex.cum ibi no.in.l.falſo.C.de diuerſis reſcriptis.tum quia vſus
fuit impetrans de reſcripto vſqꝫ ad concluſioneꝫ in cauſa. vnde
dicitur reſcriptum perpetuatum iuxta no.in.d.l.ij.queſtiōe. ij.ꝛ
quia continet beneficium qꝺ fortius dicitur eſſe perpetuū ꝙ pri a ¶ Intellectus l.iteꝫ queritur §. qui īpleto loca
uilegium qꝺ eſt perpetuum vt declarat Bald.in.d.l.falſo.

¶ Laus deo ꝛc.

¶ Conſilium.clxx.

1 ¶ Dominium an dicatur tranſlatum in emptorem propter ꝓ
miſſionem de vendendo pretio ſoluto re tradita.
2 Venditio ꝛ promiſſio de vendendo differunt.
3 Venditio habetur pro perfecta oblato pretio.
4 Statutum prohibens alienatiōes intelligitur de calumnioſis.
5 Emptor quando faciat fructus ſuos ex pacto de vendendo.
6 Contractus natura cognoſcitur ex pactis.
7 Poteſtas diſponendi pro libito voluntatis emptoris conceſſa
per venditorem quid importet.
8 Libere dictio quid importet.
9 Fructus an quis lucretur ex contractu conditionali.
10 Emptor lucratur fructus ex promiſſione de vendēdo ſi vēditor
fuit in mora.
11 Impedimentum an excuſet a mora.
12 Impedimentum quomodo probetur per venditorem.
13 Venditor non debet gaudere eodem tempore re ꝛ pretio.

Dominus labia mea aperiat ⁊ ſpiritus ſanct⁹ illuminet intellectũ. ¶ In p̃nti cõſultatiõe q̃ copioſe ⁊ elegãter allegatũ eſt ꝑ aduocatũ dñi Jo. multa omittã tãgendo ſubſtãtialiter ea que ad victoriã ſufficientia eſſe putabo ⁊ in reliq̃s me remittẽdo ad ſubtilitatẽ ⁊ elegãter deducta per dñm aduocatũ ⁊ in primis ſe offert illa diffi
1 cultas. † Nunquid ſtãte dicta ꝓmiſſione de vẽdendo ꝑtio ſoluto ⁊ re tradita diceret̃ in emptorẽ dñium trãſlatũ ⁊ dñi facultatẽ facere videbat̃. l. nũq̃ nuda. ff. de acq. re. do. que vult q̃ nuda traditio ſine cauſa nõ operat̃ trãſlationẽ dñi ſʒ i caſu noſtro licet traditio ex cã vẽditionis tanq̃ facta ex cã habili ad trãſlationẽ dñi tranſtuliſſet dñiũ vt in. l. traditio. C. de pactis. tñ facta ex cã ꝓmiſſiõis de vẽdẽdo nõ vr̃ trãſferre q̃ talis ꝓmiſſio nõ inuenit̃ inter cauſas
2 habiles ad dñi trãſlationẽ † ⁊ aliud eſt vẽditio aliud promiſſio de vendẽdo. vt in. l. in bone fidei. cũ ibi no. ff. de eo q̃ certo loco. ⁊ no. in. l. ſi fideiuſſor. §. ſi. ⁊ in. l. ij. ff. de leg. j. ⁊ no. Bar. in. l. ſi pupill⁹ ff. ad. l. falſidiã. ⁊ Bal. i. l. ſi. §. emptor. C. cõia de le. ⁊ gl. ⁊ Ang. i. l. j. C. de pactis pig. ⁊ no. per Bar. ⁊ alios in. l. ſi. ff. de condi. ob turp.
a cãm. ⁊ allegat p̃ceptor meus do. Alex. in ſuo cõſi. cxxv. in. iiij. pre⁹ incipi. viſo themate ſupra ſcripto ⁊ hic q̃ copioſe ⁊c. voluit videre illud cõſiliũ p̃ceptoris mei vbi ipſe nihil allegat ad ꝓbãdũ q̃ ex ꝓmiſſione de vẽdendo ſequuta traditione ⁊ ſolutiõe pretij nõ transferat̃ dñium. ⁊ lʒ hoc nõ reperiam in ſpecie deciſum: tamen arbitror q̃ idubitãter ei⁹ opi. ſit falſa. ¶ Et ꝑmo ad hoc vt trãſferat̃ dñium ex traditiõe nõ ſolũ hoc operat̃ cã habilis ad trãſlationem dominij de p̃nti ⁊ que res ipſa adeſt: ſed etiam cauſa q̃ ſubeſt in ſpe. Hanc doctrinã tradit Bar. in. l. ſub ꝯditiõe. ad fin. ff. de ſo. ſed in caſu noſtro ſuberat cauſa vẽditionis future ſpei ꝓpter promiſſionem de vẽdendo. igitur ⁊c. licet iura allegata per Barto. loquantur in caſu ⁊ contractu cõditionali Bart. ſumit doctrinaʒ magis late ⁊ eſt maior ratio in caſu noſtro in quo virtute promiſſionis agi poteſt contra promittentẽ q̃ cauſa in eſſe deducat̃ ⁊ ſic quodãmodo cãm habere videt̃. l. q̃ acti. ff. de reg. iu. quã quando cauſa eſt cõditionalis que a caſu ⁊ fortuna depẽdet cum ea que ſunt in conditione nõ dicãtur in diſpoſitione. l. ſi qn ſub conditio. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtamenti. vñ maior ſpes future cauſe eſt in caſu noſtro q̃ in iurib⁹ allegatis per Bar. ⁊ hoc decidit Bal. in terminis in. l. ꝯtractus. C. de fide inſtru. in. ij. queſtione vbi in effectu concludit q̃ aliquãdo traditio ſit reſpectu future cauſe ⁊ tũc trãſfertur dominiuʒ quaſi habita fidei de cauſa. ⁊ ſic dicit q̃ aliq̃ñ acquiſitio dominij p̃cedit cãm remotam. l. titiuſ. ʒ: ſed non cãm proximam. a. conſenſum. ar. l. iij. §. ſubtili⁹. ff. de cõditione ob cãm. ⁊. d. l. ſub cõditione. de ſolu. ⁊ l. j. §. j. ff. pro dote. ⁊ ꝓpter hoc vult q̃ in terminis. d. l. contractus. quando cõtractus venditionis non eſt adhuc perfectus per quem nullum ius eſt emptori acquiſitum prout dicit ibi text. traditione acquiratur dominium. ſi ergo anteq̃ contractus eſt impletus quo caſu non dr̃ contractus ſed p̃paratio ⁊ ordinatio ad contractuʒ. arg. l. ij. C. de ſeri. ex pericu. reci. prout tradit Old. in ſuo ꝯſ. crix. incipiente. Titius condidit teſtm̃. cuius verba reaſſumpſit Joan. an. in addi. Spe. in tit. de inſtru. edit. §. compẽdioſe ſup ver. quid ſi prius acquiritur. q̃to fortius quando adeſt promiſſio de perficiendo contractum: cum in primo caſu detur penitentia: vt in. d. lege contractus. ⁊ no. in. d. l. ij. ⁊ ſic eſt maior ⁊ firmior ſpes in caſu noſtro. ⁊ ideo dicit Bal. q̃ tranſlatio dominij poteſt cauſam p̃cedere. vnde non video q̃ ad illam deciſionem communiter ibi approbatam iuncta declaratione Bal. poſſit reſpõderi. vult enim Bal. q̃ ſicut cauſa de p̃ſenti operatur tranſlationem dominij ſequuta traditione. ita ſi eſt habita fides de cauſa. ſed quis dubitat q̃ in caſu noſtro ex quo eſt facta promiſſio de vendendo cum aliqua tempotis dilatione q̃ eſt habita fides de cauſa venditionis ſicut q̃ñ permittitur p̃tiũ cũ aliqua dilatione dicim⁹ habitam fidẽ de pretio iuxta no. in. l. q̃ vendidit. ff. de contrahẽ. emp. ¶ Confirmantur premiſſa per tex. in. l. j. §. j. cum ibi no. ff. ꝓ dote. quem tex. ſic induco. Nam contractus dotis perficitur ipſa traditione vt no. declarat Barto. in. l. iuriſgentium. in prin. ff. de pactis que cauſa dotis non eſt valida ⁊ ſufficiens ad acquiſitionem dominij pro ſe ſed propter matrimonium cum dos nõ poſſit eſſe ſine matrimonio. vt in. l. fin. C. de dona. ante nup. ⁊ tamen cauſa que oritur ex contractu matrimonij ſufficit quod ſit ꝓmiſſa licet non ſit aliquo modo in eſſe deducta pure vel ſub cõditione: ſed tantum promiſſa: quia ſufficit contracta etiam ſponſalia que continent promiſſioneʒ futuri matrimonij. vt in. l. j. ff. de ſponſalibus. ergo eodem modo ſufficiat in caſu noſtro ꝓmiſſio future cauſe ſcilicet venditio que cauſa futura eſt cauſa trãſlationis dominij non ipſa promiſſio. ⁊ hanc puto eſſe veritatem.
3 Quam etiam confirmo quoniam † quando quis tenetur ad vendendum pro certo pretio prout eſt caſus noſter ſi per illuʒ cui tenetur offeratur pretium quantum ad iuris effectum emptio habet̃ ꝓ perfecta: q̃ non dicitur ſtare per eum qui tenetur emere ita inquit Bart. in. l. vxorem. §. agri plagam. ff. de le. iij. argu. l. labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. ff. de contrahẽ. empt. igitur ſoluto pretio ſi habetur perfecta q̃tum ad ſoluentem cenſetur in eũ dñium tranſlatũ: quia iuris cenſura dʒ cauſa ſubeſſe. Non omitto quod dici poteſt queſitum dominiũ ex titulo pro ſuo per ea q̃ dicit bar. in. l. ij. ff. ꝓ dote. ⁊ in. d. l. ſub condi. ff. de ſolu.

¶ Poſtremo etiã confirmatur quia ſi venditione impedita voluerunt dominum Joannem poſſe retinere ⁊ diſponere vſq̃ ad concurrentem quantitatem pro ſue libito volũtatis: ⁊ ſic ipſum tanq̃ dñm diſponere poſſe vt infra declarabitur igitur fortius interim donec appareret an venditio haberet effectum voluit eum eſſe dominum pro concurrenti quantitate pecunia exburſata. Nam vnum capitulum per aliud declarat̃. l. verum. ⁊ ibi not. ff. de peti. heredi. Non obſtat vnum quod in contrarium allegatur q̃ dominus Jacobus in inſtrũo conuentionis ꝓmittit q̃ facta affrãcatiõe ipſe comparebit coram iudice ⁊ affirmabit ⁊ iurabit qualiter habet tenet ⁊ poſſidet dictas poſſeſſiões: per que verba datur intelligi quod ipſe volebat poſſeſſionem omnem retinere alĩs nõ potuiſſet ita affirmare ⁊ iurare vt p;ʒ ex no. in. l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq̃. cum ibi not. per bar. ⁊ docto. ff. de verbo. oblig. ⁊ per conſequens videt̃ oſtendi q̃ nullã poſſeſſionẽ trãſferre voluit. ſed nulla trãſlata poſſeſſione nõ videtur dominiũ dici poſſe tranſlatum. l. traditione. cum materia. C. de pactis. ⁊ traditur in. l. iij. §. ex contrario. ff. de acquiren. poſſeſ.

¶ Confirmatur iſta obiectio. Nam ex forma ſtatutorum diſponitur quod nulla perſona vendere volẽs audeat dare in ſcriptis aliqua bona que non poſſideat ſub certa pena. vnde ex quo dñs
b Joannes obligauit ſe ponere predicta bona[b] ad cridas cenſetur ſe obligaſſe ſm formã ſtatutorũ ſm Bal. ⁊ pau. de caſt. in. l. ſi nõ per illum tex. ff. de acquirẽ here. ⁊ hoc p;ʒ ex verbis ꝯtrus in quo dr̃ ⁊ prout requiritur ex forma iuris decretorum ⁊ ſtatutorum communis cremone prout ſtatim deducam. q̃ñ ad hoc ſubtiliter eſt reſponſum per dominum aduocatum. Et vltra eam reſpõdeo ⁊ pro reſponſione premitto quod poſito quod in dominum Joan. fuiſſet tranſlata omnis poſſeſſio poterat dominus Jacobus ponere ad cridas dicta bona. lʒ illa non poſſideret neque affirmaret ſe poſſidere. lʒ enim ſtatutum ꝓhibeat ſub pena quod nemo preſumat dare in ſcriptis aliqua bona ad cridas que nõ poſſideat: tale ſtatutum penale non vendicat ſibi locum in caſu noſtro in quo poſſeſſio fuit tranſlata ꝑ venditionem quã venditor vult facere in emptorem cui vult vendere ſed habet locum quando titius poſſideret cui non eſſet fienda venditio ⁊ non conueniret quod tradita fuiſſet poſſeſſio ob hanc cauſam. iſta cõcluſio ꝓbatur. Nam tale ſtatutum cenſetur eſſe factum ne per tales venditiones contingat poſſeſſores vexari ab illis in quos fieret venditio quod patet dum ſtatutum dicit ⁊ ad reſtitutionẽ dãni in duplum ⁊ qui exinde damnũ paſſus fuerit. ſed in caſu noſtro talis vexatio ⁊ dãnum non poſſunt cõtingere quia ipſi poſſeſſori volenti ſit venditio ex quo tertius in ipſum cõfertur per quẽ potius liberatur a vexationib⁹. igitur ceſſante ratione debet diſpoſitio ceſſare. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatro. c. cum ceſſante. de appellationibus.

¶ Preterea cum ſtatutum non alia ratione fuerit inductuʒ niſi ne poſſeſſoribus ꝑ tales alienatiões fieret iniuria. ſi ergo aliqua fieret quod tamen eſt falſum in caſu noſtro: tñ illa non eſſet in cõſideratione ex quo venditio fit ſibi volenti. l. j. §. vſq̃ adeo. ff. de iniurijs. l. iij. §. ſi quis volentem. ff. de libe. ho. exhi. ⁊ vtrobiq̃ ſunt concordantes in glo. ſi enim ſtatutum in caſu noſtro intelligeret̃ contineret abſurditatem quod nõ eſt dicendum. l. nam abſurdũ ff. de operis libertorum. ⁊ in. l. ſiluius Ariſto. ff. de lega. preſtan. Et ꝓbatur in ſimili nã lʒ tex. in. l. ꝑ diuerſas. C. mãdati. gñaliter prohibeat ceſſiões tñ reſtringit̃ ad ceſſiões ſimulatas ⁊ calũnioſas que ſiunt cã vexãdi debitores. Non autem intelligitur de ceſſionibus factis ab illis q̃ odiũt lites ⁊ faciunt illas ex aliqua vtilitate vel neceſſitate rei familiaris ſm Jaco. de arena ibi ⁊ Bal. in. l. item ſerius. §. idẽ queſiij. ff. de alie. iudi. mu. cauſa facta. ⁊ ideo
4 alias conſului ⁊ ſubſcripſerunt ſe doctiſſimi viri q̃ † ſtatutum ꝓhibens alienatiões rei poſſeſſe per alium intelligi debet de alienationibus calũnioſis factis cã vexãdi poſſeſſores. Faciunt no. ꝑ Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſi. criij. ⁊ Innoc. in. c. accedentibus. de priuilegijs. ¶ Quo p̃ſuppoſito reſpondeo q̃ dict⁹ dñs Jac. non ſimpliciter ſe obligat ad affirmãdum ⁊ iurãdum q̃ ipſe eſt ⁊ poſſidet ⁊c. ſʒ cũ hac limitatiõe prout req̃ritur ex forma iuris decretorũ ⁊ ſtatutorum cõis cremone. prout cantãt verba contractus ⁊ ſic ſi ⁊ quatenus ex forma iuris ⁊ ſtatutorũ tenebatur. ita ſignificãt dicta verba precedentiuʒ limitatiua vt patet ex no. ꝑ Bar. ⁊ alios in. l. edita ad fi. C. de edendo. ⁊ per Bart. in extrauagan. ad reprimẽ. in verbo prout. faciũt no. in. l. pe. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ſub condi. fac. ergo videtur ſe ad illud obligaſſe caſu quo poſſideret

a ¶ Alias cõſ. cxxj. duplicato ꝯſ. lxxiij. in ij. parte.

b ¶ Declaratio cridarũ ⁊ prouiſionis nuſſ.

poſſideret non caſu quo non poſſideret. ꝛ ad talē affirmationez
non teneretur prout in caſu noſtro. ꝛ iſta videtur clara ꝛ vera rẽ
ſponſio. Ex quibus omnibus elicitur ↄcluſio qḋ per traditionez
fuit tranſlatum dominiũ in dictũ dñm Joan. ex cauſa future et
ſperate venditionis pmiſſa. Ex qua concluſione infertur corola-
5 rium qḋ † ſi fuit dominus fecit fructus ſuos rõne dñij qḋ domi-
nium eſt cã acquiſitionis fructuũ vt in. l. qua rõne in princ. ff. de
acqui. re. do. ꝛ inſti. de re. di. §. qua rõne. ꝛ in. l. qui ſcit. in prin. ꝛ
§. i. ff. de vſuris. ¶ Sed contra hoc corolarium allegantur plu-
ra. ¶ Primum qḋ cõtractus vẽditionis nõ fuit pfectus ſed om
nes fructus qui percipiũtur ante ↄctum perfectum ſunt vẽdito
ris. l. ij. cum ibi no. que incipit vẽditi. C. de actio. emp. igitur.
¶ Scḋo qḋ in caſu noſtro non videtur voluiſſe dominium trãſ-
ferre. Nam in inſtrumento ↄuẽtiõis conſiderantur duo caſus
quando venditio non eſſet a comparentibus impedita. Scḋs
quando eſſet impedita. ꝛ in hoc ſcḋo caſu ſumus cum iudex pro-
nunciauerit venditionem fieri non poſſe reſpectu comparentiũ
in quo caſu partes voluerũt qḋ dictus dominus Jacobus tene-
retur reſtituere omnem pecuniam exburſatam ꝛ damna intereſ-
ſe ꝛ expenſas. ꝛ in caſu predicto habet autoritatem dictus domi-
nus Joannes accipiendi conceſſionem propria autoritate ꝛ reti
nendi propria autoritate ſine iudicis licentia vſqꝫ ad cõcurrentẽ
ſummam exburſatam. que verba videntur pignus ſignificare ſeu
hypothecam iuxta no. per Bal. in. c. i. extra de pactis. igitur non
debet lucrari fructus ſed debent in ſortem computari. l. ſecunda.
C. de diſtra. pigno. ꝛ in. l. i. ꝛ. ij. C. de pigno. act. ¶ Tertio quia ex
quo conuentio fuit celebrata vt deberet in venditione ſeruari ſo-
lennitas ſtatuti. ꝛ caſu quo impediretur pecunia ſoluta cum dã
nis expenſis reſtitueretur. ſi ſic videtur facta conuentio de ven-
dendo caſu quo venditio non impediatur. Cum ergo conditio
defecerit qꝛ venditio a comparentibus fuit impedita videtur cõ
tractus conditionalis in totuꝫ reſolutus. ꝛ quod fructus mediĩ
temporis ſint vẽditoris per tex. vbi videtur caſus in. l. neceſſario.
§. quod ſi pendente. ff. de peric. ꝛ commo. rei vendi. ꝛ in. l. ij. ff. de
in diem addi. cum ſi. ¶ Sed premiſſis non obſtantibus conclu-
ſio ſupra firmata videtur veriſſima. ꝛ ad primum reſpõdetur qḋ
illa lex venditi. non facit ad propoſitum quia loquitur de fructi-
bus ſeparatis a ſolo ante aliquem cõtractũ. quo tempore nec res
vendita erat neqꝫ tradita neqꝫ pretium ſolutum prout ibi dicitſe
doc. maxime Bal. ꝛ Saly. ſꝫ in caſu noſtro res erat tradita dñiũ
tranſlatum ꝛ pretium ſolutum que ſolent eſſe cauſa acquiſitiõis
fructuum vt dictum eſt ꝛ ſtatim dicetur. ¶ Non obſtat ſecũdum
quia reſpondeo quod talis conuentio non cõtradicit quod do
minium non fuerit tranſlatum. ſtat enim hoc quod dominium
fuerit tranſlatum ſub ſpe future cauſe venditionis vt probatuꝫ
eſt ꝛ tamen quod impedita venditione pretium reſtitui debeat ꝛ
conſequenter bona debeant reddi ꝛ dominium retransferri. Ca-
ſus eſt in. l. dotis fructus. in fi. ff. de iu. do. Et quod ex quo conceſ
ſa eſt poteſtas retinendi qḋ non tenentur dominium transferre
ſu reſtituta pecunia exburſata ſicut in ſimili. l. i. ij. C. de pactis in-
ter empto. ꝛ vend. ꝛ in. l. ij. §. fin. ff. de fundo dotali. ꝛ tñ interim ẽt
bona ſint hypothecata ex quo dominium non eſt apud do. Joã.
irreuocabiliter. l. ex ſertante. §. latinus. ff. de excep. rei iud. ꝛ hoc eſt
quod vere voluerunt contrahẽtes in caſu noſtro. ¶ Quinto ꝛ vl
tra voluerunt quod eſſet in electione domini Jo. vel quod pecu-
nia exburſata reſtitueretur ꝛ donec reſtitueretᷣ poſſet retinere vt
ſupra vel quod poſſet retinere pro pecunia exburſata vſqꝫ ad cõ-
currentem quantitatem vel ex iam conuenta cauſa emptionis ꝛ
venditionis vel ex cauſa exceptionis inſolutum iſta probãtur ex
duobus. ¶ Primo quia primo dominus Jacob. promiſit reſti
tuere pecuniam exburſatam: ꝛ tamen domino Joanni cõceditᷣ
poteſtas retinendi dicta bona vſqꝫ ad concurrentem quãtitatez
ꝛ de his diſponendi pro ſue libito voluntatis. que verba ſignifi-
cant quod vſqꝫ ad concurrentem quantitatez poſſit velle eſſe do
minum illorum bonorum ꝛ eligere dominium bonorum pro con
currẽti quantitate bonorum quoniam ad dominuꝫ ſpectat diſ
ponere pro ſue libito volũtatis vt traditur in. l. ſi quis vi. §. diffe-
rentia. ff. de acquir. poſ. l. in re mandata. C. mandati. ꝛ probatur
optime per ea que dicit Bal. in. l. proculus. ff. de vſufr. ¶ Secun-
do quia vult ẽt quod de fructibus diſponat pro ſue libito volun
tatis. ꝛ ſic patet qḋ voluit dominum Joannem tanquam domi-
num retinere poſſe vel ex veteri cauſa vel noua ſolutione non qḋ
in eis cõſiſteret pignus ex quo voluit quod faceret fructus ſuos
ꝛ fructuum etiam dominium acquireret qꝛ hoc eſt contra natu-
ram cõtractus pignoris. l. i. ꝛ. ij. C. de pig. act. ꝛ in. c. illo vos. de pi-
6 gno. ¶ † Propter pacta aũt appoſita cognoſcitᷣ ↄtractꝰ vt decla-
rat Bar. in. l. cotẽ ferro. §. qui maximos. ff. de publi. ꝛ Bal. in rub.
C. de iure ẽphy. ꝛ ne aliq dicerem ↄctũ vſurariũ ꝛ ſonare delictũ.
nr. l. merito. ff. p ſocio. ꝛ not. Bal. in. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pe.
ꝛ cõfirmantᷣ pmiſſa duabus rõnibus tã reſpectu bonoꝝ qꝫ reſpe
7 ctu fructuum †. Quoniã cõceditur poteſtas diſponendi pro libi
to volũtatis. que verba importãt plenaꝫ ꝛ liberam poteſtatẽ diſ
ponendi de re propria. iuxta no. per Bar. in. l. a lio. ff. de alimen. ꝛ
ciba. lega. ꝛ in ſuo cõſilio. lxxiij. in fi. Ad hoc tex. no. in. c. cũ veniſ-
ſent a cõmercio ſenſu. extra de iuſtõni. quẽ in ppoſito allegat do-
minus Alex. de imo. in. l. ita ſtipulatio. in. ij. col. ff. de verbo. obli.
Quinimo conceditᷣ quod libere poſſit de his diſponere. ſ. de bo-
nis ꝛ fructibꝰ tã collectis tempore impedite vẽditionis qꝫ recol-
ligendis: qui dẽs fructus concedi cenſentur ratione trãſlati do-
8 minij. † verbũ autẽ libere importat qꝫ habeat liberã ptãtẽ nõ re-
gulatã a lege ꝛ ſic pcipiẽdi ad ſui vtilitatẽ ꝛ nõ imputãdi in ſor-
tẽ. Ad hoc gl. in cle. i. in verbo libere. de prebendis ꝛ in. c. de cẽſ. li.
vi. cũ multis aliis in allegationibꝰ deductis. ꝛ maxime qꝛ ſunt ver
ba geminata. ſcilicet verbũ libere ꝛ verbũ pro ſue libito volũta-
tis que plus ſolẽt operari. iuxta no. per Bar. in. l. cũ ſcimus. C. de
agri. ꝛ cẽſ. li. xi. ꝛ per eo. in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſo. ma. in fallentia
ppter geminationẽ. ¶ Ex qbꝰ oibꝰ cõcluditᷣ qḋ ex pdicto pacto
voluerũt qꝫ poſſent bona iure dñij retineri. ꝛ ſic ex his ꝛ aliis alle
gationibus ſubtiliter adductis apparet ſecundã obiectionẽ nõ
obſtare. ¶ Ad tertium reſpõdet etiã eleganter aduocatus vt in
allegatione videri põt arbitror ẽt aduertẽdũ qḋ aliqñ qs efficitᷣ
9 dñs virtute cõtractꝰ cõditionalis † ꝛ tũc ſi conditio deficiat dñs
pẽdẽte cõditiõe nõ facit fructꝰ ſuos. ꝛ ita pcedit tex. in. d. l. neceſſa
rio. §. qḋ ſi pẽdẽte. ꝛ in. l. ij. ff. de in diẽ adiectiõe eſt rõ qꝛ conditio
trahitᷣ retro ad tẽpus cõtractꝰ ꝛ habetᷣ ac ſi cõtractꝰ nunqꝫ fuiſ-
ſet celebratꝰ ꝛ nunqꝫ fuiſſet dñiũ trãſlatũ. ꝛ ita declarat illũ tex.
in. d. §. qꝫ ſi pẽdẽte Barto. in. l. ſi is q p emptore. in. v. qõne pncipa
li. ff. de vſuca. ¶ Aliqñ ꝛ ſcḋo nõ ſit cõuentio ſeu ↄctus ↄdõnalis
ſꝫ ex cauſa ſeu ↄctu nõ ↄditionali trãſfertur dñiuꝫ ꝛ tũc illa cau
ſa ex poſt facto reſoluatᷣ qꝛ verum eſt qḋ interim fuit dominus lu
cratus fructus. caſus eſt in. d. l. ij. ff. de in diẽ addictiõe. ꝛ in. l. ij. cũ
ibi no. C. de pac. inter emp. ꝛ vẽdit. ꝛ hoc voluit Bal. in. c. i. de feu.
dato inini. valuaſoribus. ꝛ poſſent plura in propoſito adduci qꝫ
omitto. ꝛ hic eſt caſus noſter qꝛ non fuit contractus conditiona
lis ſed dominus Jacobus obligauit ſe plene ad dictã ſolẽnẽ ven
ditionẽ. ꝛ in caſu quo impediretᷣ appoſuit pactũ de quo ſupra
vnde nulla appet conuentio ↄditiõalis. ¶ Quinimo voluerunt
partes qḋ ẽt impedita venditione retineretur dominiũ p dñm
Jo. pro ſue libito volũtatis. ꝛ ſic voluerũt veterẽ ↄuentionem du
rare volẽtẽ dicto dño Joãne vt ſupra declaratuꝫ fuit. ¶ Preter
ea reſpondeo qḋ ex quo conuentio venditionis nõ habuit effe-
ctũ ſed fuit impedita culpa ipſius dñi Joã. habetur ac ſi ↄditio
fuiſſet impleta. caſus eſt ꝛ ibi no. in. l. in executiõe. §. fina. ff. de ver
bo. oblig. ꝛ ibi no. qḋ adit eius culpa hoc cõtigit pꝫ qꝛ ex quo nũ
qꝫ cõparuit ꝛ nunqꝫ defendit prout tenebatᷣ iure preſumitᷣ ſulaꝫ
ita latam propter eius abſentiam ꝛ negligentiam caſus eſt in. l.
ſi ideo in prin. ff. de euic. ꝛ iſta eſt clara rñſio. ex quibꝰ omnibus ꝛ
aliis late adductis per ſubtilem aduocatuꝫ concluditur quod rõ
ne dñi tranſlati dñs Joannes fecit fructus ſuos ꝛ lucratꝰ eos eſt.
¶ Scḋa principalis difficultas ſe offert. nã poſito qḋ dñium nõ
fuiſſet tranſlatum dictus dñs Joannes fecerit fructus ſuos in
qua qõne etiam puto concludendũ qḋ ſic duplici fundamento.
10 ¶ † Primũ fundamentũ eſt qḋ dictus dominus Jacobus fuit
in mora vendendi ꝛ faciendi ea ad que tenebatᷣ. Nam interpella
tus vt poneret ad cridam ſm formã ↄuẽtiõis fuit in mora. iuxta
no. in. l. ſi ex legati cã. ff. de v. ob. ꝛ ſi cũ fuerit in mora in eo qḋ pri
mo tenebatᷣ facere ꝛ qḋ precedere debebat dicitᷣ fuiſſe i mora i eo
qḋ poſt poſitionẽ ad cridam ſeq debebat. Caſus eſt no. l. i. ſi qs ſer
uo. ff. de leg. ij. ꝛ eſt caſus in. l. ſi cui legatũ fuerit. ff. de ↄdi. ꝛ demõ.
in fi. ꝛ qḋ fuerit in mora dictus Jac. elegãter demõſtrat aduoca
tus preis. ex quo infert qḋ pp morã lucretᷣ fructus. allegat Ange.
in ↄſilio. lxxvi. Et pbatur cõcluſio ſua per tex. cũ ibi no. in. l. ij. C.
de pac. inter empto. ꝛ in. c. conqueſtus. extra de vſuris. ꝛ qꝛ pmiſ-
ſio de vẽdendo eſt ↄctus ſtricti iuris dico qḋ a tpe more nõ debẽ-
tur fructus vt fructus ſed vt intereſſe: qꝛ fructus vt fructus debẽ
tur poſt litem conteſtatam vt probatur in. l. videamus. §. ſi ac. ff.
de vſuris. iuncta. l. ſi fundum certa die. ff. de verb. obliga. Et late
declarat Bar. in. l. ſi filius. §. fi. ff. de verb. ob. vnde quatenus do.
Joan. percepit dicuntur deberi vt intereſſe ex quo ſuos feciſſet ſi
vẽditio facta fuiſſet vt ibi declaratur. Bene facit in ſimili quod
no. Bar. in. l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt. ff. de admini. tuto.
¶ Preterea ex quo dominus Jaco. tenebatur ad factum ꝛ fuit
in mora tenetur ad intereſſe regula eſt vulgata. l. ſi quis ab alio. ff.
de re iudi. ꝛ hꝫ plene in. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. ff. de ver-
bo. ob. ꝛ ſic fructus debentᷣ vt intereſſe. ꝛ ad duo obiecta. ſ. de nõ
depoſitione pretij ꝛ de non ſolutione reſidui domino Coſme op
time reſidet aduocatus. vnde ad eius ſolutionẽ me remitto ꝛ illas
approbo. ꝛ hoc fundamentũ eſt ſatis clarũ. ¶ Sed ↄ hoc funda-
11 mentum vr̃ facere. nã vr̃ qḋ † dictus dñs Jacobus non tenetur
rõne more ex quo pnunciatũ fuit venditionẽ fieri non poſſe qñ

in obligatione facta rõne ĩpedimenti qḋ excuſatur a mora.l.ſi ve
benda.§.idẽ iuris.ff.ad legem rodia.ʒ de iactu.ꝛ.l.i.§.ſi frater.ff.de
collat.bonorũ.ꝛ no.Bart.in.l.continuus.§.illud.ff.de verb.obli.
¶ Nec videbatur obſtare qḋ ante pronunciationeʒ fuit in mora
ponendi ad cridas quibus mediantibus deueniendũ erat ad vẽ
ditionẽ. Quĩ talis mora ꝛ negligentia nõ videtur nocere ex quo
oĩno ſequi debebat pronunciatio venditionis fieri nõ poſſe arg.
eius qḋ dicim⁹ de non reſtituente ſponſi que erat omnino peritu
ra penes interpellantem.l.item ſi verberatum.§.ſi.ff.de rei vendi.
ꝛ eſt queſtio plene diſputata per glo.ꝛ doc.in.l.qḋ te.ff.ſi cert.pet.
¶ Accedit in propoſito tex.optimus in.l.ꝛ in totuʒ in verbo ita
ſi ob id.ff.rerũ amotarũ.ꝑ quẽ tex.dicit Pau.de ca.i.l.ſi ab hoſti-
bus.§.ſi vir.ff.ſo.ma.qḋ nõ imputatꝛ marito ſi nõ adhibuit curã
in medicãdo vxorẽ morbo incurabili. Bñ facit tex.in.l.ſi ali⁹ in
ver.eque picturis edibus.ff.q vi aut clã.ꝛ tradit gl.in.l.ſi ideo.ff.
de euic.ex qb⁹ in effectu ꝯcludẽdũ videbatꝛ ꝙ dñs Iac.nõ diceretꝛ
fuiſſe in mora vẽdẽdi.ſʒ potius qḋ teneretꝛ virtute alteri⁹ cõductio
nis ꝛ pacti quo obligatꝛ ad pretium reſtituendum cũ hypotheca
bonorum.quo caſu nõ trãſlato dñio fruct⁹ videntꝛ in ſortẽ ĩputã
di.l.j.C.de diſtra.pigno. Alias videretꝛ lucrari fruct⁹ pro vſu pe-
cunie qḋ nõ eſt conceſſum qꝛ eſſet vſura vt in.c.plerique ꝛ in.c.vſuʒ
xiiij.q.iij.ꝛ tradunt canoniſte in rubri.extra de vſuris. ¶ Sed ad
hoc fundamẽtuʒ rñdetur clare qḋ a prin.dictus dominus Iaco.
fuit negligens ꝛ in mora.ꝛ demuʒ nullas vnquã fecit defenſiões
vnde dʒ ita fuiſſe pronunciatũ qꝛ fuit abſens ꝛ factam nõ defen
dit prout tenebatꝛ potius ꝙ̃ vt malaʒ cãm foueret vt dicit tex.in
l.ſi ideo in prin.ff.de euic.ſi enim comparuiſſet ꝛ cauſaʒ defendiſ-
ſet potuiſſet non ſuccumbere.arg.l.ſi in tres.ff.de arbi.ſecundum
glo.cõiter approbatam in.d.l.ſi ideo.ꝛ declarat Bar.in.l.ſi ſupe-
ratus.ff.de pign. Faciunt no.in.l.qui repudiantis in ſi.ff.de inof-
tonius. vbi etiam abſenti ex cauſa Reipublice non competit de ſtricto iure reſtitutio. ¶ Preterea od illud quod fauorabile eſt cauſa minorũ poteſt dici quod eſt verum quãdo minor eſt leſus ſui facilitate vel dolo aduerſarij. ⁊ loquuntur iura ſupra ad hoc allegata. ſed in caſu noſtro non dicitur leſus ſui facilitate ſed ꝑpter minorem etatem iunctam cum morte ſicut coniungitur abſentia cum morte in. d. l. pantonius. per quã legem poteſt argui extenſiue ad minorem. ⁊ ſic in minore fundatur deciſio in eadem equitate ſicut in maiore. ¶ Poſtremo quãdo abſens ſeu minor vere leduntur qꝛ nõ tranſmittunt qđ iungaꝭ abſentia ſeu minor etas cũ morte ad cauſandã reſtitutionẽ hoc eſt fundatũ in equitate. de qua in. d. l. pantonius. ſed in caſu noſtro in quo ius deliberandi fuit tranſmiſſum minor per mortẽ nõ fuit leſus vnde ceſſat equitas. d. l. pantonius. per quam minor etas cõiungitur cũ morte. ⁊ ꝑ hoc tolluntur oẽs difficultates premiſſe in caſu noſtro.

Laus deo ⁊c.

¶ In hoc conſilio continetur.

¶ Primo aſpectu concludendũ videbatur. Si vulneratus moriatur an ⁊ quãdo ex vulnere mortuus videatur vt de occiſo teneatur qui vulnerauit hic plene ⁊ diligenter ⁊c.

¶ Conſilium. lxxviij.

Dominus labia mea apiat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. ¶ Primo aſpectu concludendum videbatur quod dictus iuuenis de homicidio teneatur ex pluribus. ¶ Primo quia ex quo vulneratus ſine alio vulnere ſine percuſſione ſupuenienti mortuus eſt verum eſt dicere illum fuiſſe a vulnerãte occiſum. ita dicit tex. in. l. huic ſcripture. §. quod ſi ſeruus. ff. ad legem aquiliã. Ad idẽ facit quia euentus mortis oſtendit vulnus fuiſſe mortale. arg. l. aut facta. §. euentus. ff. de penis. iuxta illud exitus acta probat. l. rem non nouam. §. fina. C. de iudi. ⁊ in prima conſtitutione ffor. in fin. Ita inquit Bal. in. c. j. in ver. vj. cõqueritur. quib. mo. feu. amit. in vſ. feu. ¶ Scđo eadẽ cõcluſio cõfirmaꝭ ex qualitate loci in quo fuit vulneratus cũ a cõiter accidẽtibus videamus vulnera in capite magis eſſe letifera ꝙ̃ in alia parte corporis. vñ dicũt gl. ⁊ doct. qđ ille q aliquẽ percutit in capite cum baſtone preſumitur habere animum occidendi ſecus ſi in alia parte corporis vt dicit glo. ⁊ doc. in. c. ſicut dignum. ad ſi. extra de homicidio. et Barto. in. l. j. §. diuus. ff. ad. l. cor. de ſica. vnde dicit Bald. in. d. c. j. verſicu. ⁊ not. quod quando vulnus eſt in loco periculoſo probatio negatiue quod non fuerit mortuus ex vulnere eſt valde difficilis. Allegat notata in. d. c. ſicut dignum. et ſic ſentit quod preſumatur ex vulnere mortuus. ¶ Tertio hoc videtur ꝓbare tex. in. c. ij. extra de clerico percuſſore vbi habetur quod ſi vulneratꝰ decedit poſt octo dies non preſumitur mortuus ex vulnere. ergo a contrario ſenſu probat ſecus eſſet ſi intra. viij. menſes deceſſit. ⁊ ita videtur tenere Bart. in. l. ſi. ff. ad. l. corne. de ſicariis. allegando. d. c. ij. Illa fuit etiam de mente Bar. in. l. vnica. C. de emenda. ſeruorum. ⁊ ibi clare hoc videtur tenere Bar. de Salyce. Angel. etiam ibi. Idẽ in caſu noſtro quando deceſſit ante. xl. dies. ⁊ hãc dicit eſſe regulam medicine. hoc idem voluit gloſſ. in ca. preſbyterum. extra de homicidio. vbi videtur preſumi quem mortuum ex vulnere ſi deceſſit poſt paucos dies. et gloſſa ſupplet maxime propter cõtrariũ. d. c. ij. ⁊ ita etiam tenet ibi Jo. an. ⁊ pro his eſt bonus tex. in. l. ait lex. verſi. qđ ſi mortifere. vbi probatur quod lꝫ vulneratus deceſſerit poſt longum interuallum non tamẽ tolliꝭ preſumptio quod preſumatur ex vulnere deceſſiſſe. ¶ Quarto ⁊ vltimo accedat. Nã non eſt dubiũ ꝙ vulnerãdo preſtitit cauſam homicidio licet febris ſuperuenerit ⁊ ſequuta fuerit mors. ita dicit Inno. in. d. c. ſicut dignum in verbo percuſſus. igitur videtur concludendũ ꝙ teneaꝭ de morte ſequuta. hanc conſequentiã dupliciter probo. ¶ Primo quia quantũ ad penã. l. corne. de ſica. ita teneꝭ ille qui prebet cãm mortis ſicut ſi interfeciſſet. eſt caſus in. l. nihil intereſt ad. l. corne. de ſica. ¶ Secundo probo quando culpa precedit caſuꝫ quis tenetur de caſu poſtea ſequuto. l. obſtetrix. ⁊. l. qui occidit. §. qua actione. ff. ad. l. aquil. ⁊. l. pretor. in fin. l. ff. vi bo. rapt. cum ſimi. ⁊ ex iſtis videbatur quod dictus iuuenis eſſet de homicidio puniendus. ¶ Quibus tamen non obſtantibus contrariam ſniam in caſu veriorem eſſe exiſtimo: qđ imo tñ teneatur ex vulnere nõ de occiſo. ¶ Pro cuius concluſionis fundamento premitto diſtinctionẽ quam fecit Bart. de Salyc. in. d. l. vnica. C. de emenda. ſeruorum. ⁊ inſignis doctor Alberi. de roſ. in. d. l. item mella. §. celſus. alias incipit ſi alius. ⁊ in. l. huic ſcripture. §. ſi ſeruus. vbi gloſſ. ita diſtinguit. ff. ad. l. aquiliam. Nam diſtinguũt quod aut certum eſt vulnus eſſe mortale ex quo ſequatur mors: ⁊ tũc quando ſequatur mors iſte teneꝭ de occiſo caſus eſt in. d. l. ait lex. in ver. ꝙ ſi mortifero. ⁊ in. l. ſi ex plagis. in princi. eo. titu. ⁊ ita loquiꝭ tex. in. d. l. huic ſcripture. §. ſi ſeruus. ſm gloſſ. ⁊ doc. ibi. ita etiã tenet Bal. in. d. c. j. quib. mod. feud. amit. ver. vij. queriꝭ. vñ dicit Bart. in. l. ſi. ff. ad. l. corne. de ſica. ꝙ in caſu noſtro ſtamus certo. ⁊ ita cõiter tenẽt vbiqꝫ doc. ⁊ hoc caſu puto qđ nõ defenderetur vulnerãs ex eo qꝛ nullus fuit adhibitus medicus vel fuit adhibitꝰ imperitꝰ neqꝫ ꝑpter aliquã culpã cõmiſſam ab infirmo ſeu vulnerato: qꝛ lꝫ forte ꝑpter iſta fuiſſet mors accelerata teneꝭ tñ vulnerãs de homici. ꝑ text. vbi ẽ caſus in. l. ita vulneratꝰ. circa prin. ff. ad. l. aquil. ⁊ ita tenẽt gl. Albe. in. d. l. huic ſcripture §. ſi ſeruus. ſ. qđ ſuperueniẽs negligentia nõ excuſet tunc ſicut nõ excuſat illũ q infirmũ curare tenebaꝭ ⁊ medicũ non adhibuit vꝉ minus peritũ ꝑut cõcludit do. Paul. de caſt. in. d. l. ſi ab hoſtibꝰ. §. ſi vir. ff ſol. mat. arg. l. ⁊ in totũ. ff. rerũ amo. in verbo ſi ob id res male geſta eſt. Ad idẽ tex. no. in. l. ſi alius. §. eſt autem ⁊ alia. ff. qđ vi aut clam. in verbo eque perituris edibus. ſicut in ſimili dicimus de vaſallo nõ ſuccurrẽte dño oĩno perituro. iuxta no. ꝑ Bar. in. l. ſi quis in graui. in prin. ff. ad ſil. ⁊ de emptore nõ defendente cãm oĩno peritura. ad hoc glo. no. in. l. ſi ideo. ff. de euictione. ⁊ in terminis noſtris ita cõcludũt Bal. Imo. ⁊ Mod. in. d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ita etiã tenet Bal. in ſuo cõſ. qđ incipit ſapientiſſime allegatum. allegat tex. in. d. l. qui occidit. a cõtrario ſenſu. aut ⁊ ſecundo certũ eſt ꝙ vulnus nõ erat letale ⁊ tunc qꝛ nõ ex vulnere ſed ex negligẽtia moritur vulnerans nõ tenetur de occiſo ſed de vulnere tantũ. caſus eſt ⁊ ibi not. in. d. l. q occidit. §. ſi. vbi dicit Bald. no. ꝙ qñ vulnus non eſt mortale ⁊ quis moriatur ꝑpter negligentiã vel culpam non teneꝭ vulnerans de occiſo. ⁊ tenent doctores in locis ſ. allegatis. aut ſumus in dubio ⁊ tunc conſiderandi ſunt duo caſus. ¶ Primus eſt quando non conſtat de aliqua negligentia in curando infirmum vulneratũ ¶ Secundus caſus eſt quãdo conſtat de aliqua negligentia. ¶ Circa primum caſuꝫ in dubio vulnerans teneꝭ de occiſo: qꝛ vulnus preſumitur letale: qñ exitꝰ acta probat vt diri. ⁊ ita tenet Bald. in. d. c. j. quibus mod. feu. amit. qui enim negligẽtiam allegat illam probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. ⁊ ita etiam tenet do. Floria. in. d. l. qui occidit. §. ſi. ⁊ probat tex. in. l. ſi ex plagis. in pri. ff. ad. l. aquil. ⁊ tenet Albe. in. d. l. item mella. §. celſus. ⁊ Bartol. de Salyce. in dicta. l. j. C. de emenda. ſeruorum. Hoc etiam tenet Gandinus in tractatu maleficiorum. in rub. de homicid. ad fin. ⁊ ita videntur tenere do. Ange. ⁊ do. Abb. in. d. c. ij. hoc enim caſu tñ inſpicere debet iudex in quantũ tempus vulneratus mortuus eſt: ⁊ licet ſuper tempore iura varie loquantur prout habetur in. l. j. C. de emenda. ſeruorum. ⁊ late ponit do. Floria. in dicta. l. ait lex. in princ. ⁊ Moder. in. c. ij. de clerico percuſſore. ⁊ genitor meus in. c. preſbyterum. de homici. tamen illam opi. verum puto ꝙ in hoc iudex habeat arbitrari tempus. ſ. qđ ſi eſt mortuus preſumatur ex vulnere mortuus vel ex negligentia ſm iudicium medicorum per. l. ſi ſenel. C. de re militari. lib. xij. ⁊ ita tenet Bart. in. l. ſi. ff. ad. l. corne. de ſicariis. ⁊ Jo. and. ⁊ Moder. in. d. c. ꝑſbyterũ. ⁊ do. Abb. in. d. c. ij. de clerico pcuſſore. ⁊ do. Floria. in. d. l. ait lex. ⁊ Gandinus in loco preallegato. ⁊ do. Ange. de are. i tractatu maleficiorum. in verſi. ⁊ ex interuallo dictus titius ex dictis vulneribus mortuus fuit. ⁊ Albericus de roſa. qui hoc plene tractat in quolibet ſtatutorum. in. ij. parte. q. cxx. ¶ Unde quo od tempus iudex qui habet hoc arbitrari conſulat medicos ⁊ ſm eorum iudicium hoc tempus arbitretur. ad hoc quod not. Specu. in tit. de homicidio. circa princ. ⁊ ibi Joan. and. in addi. licet hoc non ſit neceſſariũ in caſu noſtro ex quo de negligentia cõſtat. ¶ Circa ſecundum caſum quando conſtat de negligẽtia tunc dico qđ vulnerans in dubio non tenetur de occiſo. caſus eſt clarus in. l. ſi ex plagis. ſed in caſu noſtro cõſtat de negligentia dupliciter. igiꝭ non tenetur de occiſo qđ autẽ conſtet de negligentia ptꝫ primo qꝛ medicum non adhibuit propter quam negligentiã in dubio vulneratus potius preſumiꝭ mortuus ex negligentia quam ex vulnere. ita voluit gloſ. in. d. l. ſi ab hoſtibus. §. j. per quã Bal. ibi dicit quod ſi qualitas vulneris poterat ſe habere ad ſalutẽ ⁊ ad mortem preſumitur mortuus ex negligentia. ⁊ ſequunꝭ Joã. de imo. Roma. ⁊ Moder. idẽ Bal. in. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de edil. edic. vbi Angel. formaliter dicit illud idẽ quod Bald. in. d. §. j. ſed quis nõ videt quod cum ſteterit per. xv. dies eũdo ante aduentum febris qđ non poteſt iudicari qđ vulnus nõ hꝫ ſe omnino ad mortẽ. ⁊ ita conſulendo doctiſſimos medicos hic exiſtentes intellexi. igitur preſumi dꝫ mortuus ex negligentia. ¶ Secundo negligentia magna conuincitur qꝛ videmus quod doctiſſimi medici quibus in iſtis ſtanduꝫ eſt vt dixi affirmãt qđ maxima culpa eſt exire domum qñ quis eſt in capite vulneratꝰ: ⁊ maxime de nocte: ⁊ qđ fortius eſt Florẽtie in aere valde ſubtili adeo quod doctiſſimi medici quos conſului affirmãt quod mirantur quod multo citius febris non ſuperuenerit: ex qua culpa etiam oſtenditur ꝙ non teneatur niſi de vulnere. Ita decidit Bal. in. d. c. j. quib. mo. feu. amit. vbi dicit quod cenſeꝭ quis mortuus ex vulnere vbi ex adiuncta culpa infirmi cum vulnere fuit ſequuta mors qꝛ non diciꝭ ex ſimplicibus peruenire ad id quod

cu malio

cum alio comitetur.l.j.§.trebatius.ff.de aqua quot.ꝛ eſti. ꝛ hoc qꝫ culpa bene prepõderat.l.queritur.ff. de ſta.ho.puditor ergo non de toto ſed de tanto vt ibi per eum.℄ Confirmatur iſta cõcluſio per ea que dicit Bartho.de Saly in.d.l.j.C.de emenda.ſeruor.vbi dicit ꝙ lꝫ alias vulneratus preſumeret mortuus ex vulnere:tñ hoc eſt verũ niſi ex mala ꝛ inordinata vita aliud eẽt preſumendũ:qꝛ vna p̃ſumptio tollit aliã vt in.l.ſi.ff.de in inte. reſti. ti.generali.ꝛ ſequitur Moderñ.in.d.c.ij.de clerico percuſſore. ſed nõ poteſt eſſe magis inordinata vita vulnerati in capite:medicoꝝ iudicio:ꝙ exire domũ in aere ſubtili:ꝛ maxime de nocte. vnde dicit Bal.in ſuo cõſilio qꝫ incipit aduertendum ꝛ premittendum eſt qꝫ vulneratus conuincit̃ de negligentia ſi exiuit qñ clauſus ſtare debebat.facit quod no. Jo.de anania in.c.ſignificaſti.el.ij.in.ij.col.extra de homi. ℄ Cõfirmatur etiam ex his que dicit egregius doctor Tancredus de corneto in ſua compẽdioſa in xiij.tractatu.q.xix.vbi dicit quod excuſatur vulnerãs ſi poſt vulnus ſuperuenerit febris ꝛ mortuus eſt interueniente negligẽtia curantis ſiue curatoris.argumento.d.l.qui occidit.§.fina.ſed hic vtrũqꝫ interuenit quia non fuit adhibitus medicus ꝛ negligenter ſe curauit.Et ad predicta multum bene facit conſilium Petri de anch.mihi.cdxxx.incip.iure ſcripto ꝛ conſuetudine.ꝛ iſta dicta ſequit̃ inſignis doctor.d. Ange.de arctio in tractatu maleficio.in loco preallegato.hec eadẽ dicta ſequitur magne ſciẽtie do-

a ctor Gãdinus[a] in loco preallegato ꝛ dicit quod doctores ponũt exemplũ de ruſtico in capite vulnerato de cuius vulnere heſitabãt medici an eſſet mortale qui exiuit ad ſolem ad laborandum et poſtea mortuus eſt:ꝛ cõcludit quod vulnerans non tenetur de homicidio propter dictam negligentiam per dictam.l.qui occidit.maiorem autem culpam reputant medici exire de nocte in aere ſubtili.Ad hoc facit qꝫ no. Bal.in.d.l.qui occidit.in ſi.ꝛ dicit inſignis doctor.d.Signorolus de Mediolano in ſuo cõſilio qꝫ incipit.quidam ſimondinus allegando illũ dictum Gandini qꝫ quiſquis ita obtinuit in curia poteſtatis mediolani etiã ſi vulnerãs confiteretur illum mortuum ex vulnere:quia talis cõfeſſio eſt erronea.℄ Cõfirmat̃ etiam premiſſa. Nam vt inquit Bal.in.c.j.§.itẽ qui dominũ ꝙ fuerit prima cauſa beneficij amittendi allegando Petrum de cornetis vbi vulnerans ꝓbare poteſt qꝫ vulnus nõ fuerit mortale ſꝫ qꝫ deceſſit vulneratus ꝓpter mala medicamenta. Jdẽ Tancredus in dicto loco ꝛ Gãdinus qui volunt qꝫ poſſit probari propter negligẽtiã curatoris ꝛ cure.facit qꝫ notat Bart.in tractatu de teſte.in.c.lata culpa.ꝛ qꝫ no.Bal.in.l.qꝫ in vxorẽ.C.de neg.ge.ꝛ Ange.de Aretio in.§.fue-

b rat.inſtitu.de actio.ꝛ Bar.[b] in tractatu de percuſſionibus ex quibus quis interuallo moritur ſi ſuus tractatus eſt quod nõ credo licet Bar.attribuatur ſed ita fuit in caſu noſtro:quia adhibitus fuit ad medicandum medicum qui curauit eum per incantationes que ſunt ꝓhibite vt in.c.illud.ꝛ in.c.qui ſine ſaluatore.xxvj. q.ij.ꝛ ſic dicitur fuiſſe in culpa adhibendo curam damnatam ꝛ prohibitam in medicina vt dicit tex.in.d.c.illud.ꝛ in qua dicit̃ potius eſſe mors quam vita vt dicit tex.in.d.c.qui ſine ſaluatore. ꝛ eſt punibilis vt tradit̃ plene in.c.ſi de ſortilegijs. nec propter hoc dicitur medicum adhibuiſſe:qꝛ tales non ſunt medici.l.j.et ibi Bar.ff.de va.ꝛ extraordi.cog.facit.l.eorum.ꝛ quod ibi no.C. de male.ꝛ mate.Ex quibus omnibus concludendum quod dictus Jacobinus non dicatur mortuus ex vulnere ſed potius ex negligentia ꝛ mala culpa.ꝛ ex his recte intuenti patet reſpõſio ad obiecta.ſed particulariter reſpondẽdo ad primum ꝛ ſecundum breuiter dico quod procedunt in dubio quãdo nulla probaret̃ culpa vel negligẽtia prout dicit Saly.in.d.l.j.ſicut autem probata culpa vel negligentia quia vna preſumptio tollit aliam vt ex multis que ſupra dicta ſunt patet.ꝛ ita etiam reſpondet̃ ad tertium licet multe ſint opi.vt dixi quantum tempus labi debeat ad hoc vt quis nõ preſumatur mortuus ex vulnere vt dixi.vnde illa preſumptio fundatur in ſola breuitate tẽpis quequidẽ tollit̃ propter aliã preſumptionẽ que ſurgit ex negligentia ꝛ culpa.d. l.ſi.ff.de in integrum reſtitu.℄ Non obſtat vltimum quia rñdet̃ quod non ſimpliciter fuit cauſa mortis vulnus ſed ſimul cũ negligentia quo caſu quis de occiſo non tenetur ſm Bald.in.d.c. ſ.quibus mo.feud.amitt.ꝛ eſt caſus in.l.qui occidit.§.ſi.ff ad.l. aqui.ꝛ in.d.l.ſi ex plagis.in princi.℄ Poſtremo ex duplici capite etiam non tenetur de homicidio.℄ Primo quia rixa in qua alter alterum percutiebat.ꝛ ſic non videtur adhibuiſſe animum occidendi.℄ Secũdo quia ex forma ſtatutoꝝ permittitur vindicta.licet ergo in rixa vel ratione vindicte modicum exceſſiſſet nõ tenetur de occiſo.Et ad hoc tex.in.l.ſi adulterium.§. imperatorum.ff.de adulterijs ꝛ ad hoc bonus tex.in.d.l.ſi ex plagis.§.j.et in hoc non inſiſto quia materia eſt trita. Laus deo.

℄ Conſilium.clxxix.

1 ℄ Maritus an poſſit aliquid petere ratione more dotis.
2 Solutionis retardate ratione an aliquid promitti poſſit.
3 Vendi or an elapſo biennio poſſit aliquid petere cõtra emptorem ratione retardate ſolutionis.
4 Confeſſio an dicatur ſimulata ſi poſtea ſequatur promiſſio per emptorem facta.

Dominus labia mea aperiat ꝛ ſpiritus ſanctus illuminet intellectũ.℄ Circa preſentẽ conſultationẽ ponam quaſdam cõcluſiones ex quibus apparebit pro quo tempore ꝛ pro qua quãtitate affictus debeatur.℄ Prima concluſio ſit iſta qꝫ in dictum Mariã emptorem fuit trãſlatum dominiũ poſſeſſionis date.℄ Jſta cõcluſio probatur.℄ Primo quia vẽditor confeſſus fuit ſe precium recepiſſe.ꝛ lꝫ talis confeſſio argueretur non vera tñ ſaltem ex ea intelligitur qꝫ vẽditor intendebat rem tradere ꝛ habere fidẽ de precio habẽdo in futurum.ꝛ ſic re tradita ꝛ habita fide de precio dicit̃ trãſlatum dominiũ.inſti.de rerum diui.§.interdum. et §.vẽdite.ꝛ ita in terminis dicit domi.Abbas in ſuo cõſi.v.incip. Sempronius quaedam domum ſuã ꝛc.℄ Confirmat̃ iſta opi. qꝛ ſequuta promiſſione emptoris non obſtante cõfeſſione etiam data fuit dilatio ad ſoluendum.ꝛ ſic per talem dilationem dicit̃ habita fides de precio ꝛ trãſlatum dominium vt not.in.l. quod vendidi.ff.de cõtrahen.emp.ꝛ in.l.ſi conſiante.§.ſi.ff.ſo.mat.cum ſimi.Ex qua conditione infertur corollarium qꝫ heredes venditoris ſub nomine certi affictus tãquã debiti ex cõtractu locationis nihil petere poſſit:qꝛ conditio rei ſue etiam a ſciente facta nõ tenet ſecundũ communem opi.doctorum in.l.ſi aliquam rem.ff. de acqui.poſ.ꝛ in.l.g rem.C.locati.℄ Et hoc maxime:qꝛ doct.in dictis locis qui attendunt conductionem valere fundant ſe ex eo. qꝛ conducendo rem propriam preſumuntur voluiſſe illam donare ꝛ cõducere.ſed hec ratio non poteſt locũ habere i caſu noſtro cum ſimus in caſu in quo emptor voluit donare:cuꝫ voluerit qꝫ ſupra rata ſoluti pretij pecunie diminueret̃ affictus ꝛ ſoluto ꝓtio nihil vlterius deberetur.ꝛ ſic cũ ſimus in caſu certo ceſſat dicta preſumptio:quia in incertis nõ certis locus eſt cõiecturis.l. cõtinuus.§.cũ ita.ff.de verb.ob. l.ſi alij.ff.de vſu.leg.cum ſimi.Et ita in terminis decidit do.Abb.in.d.cõſi.vj. ℄ Secũda cõcluſio eſt quod vſqꝫ ad biennium in parte pecunie non ſolute nulla penſio vel affictus debetur.ſed etiã debetur aliquod intereſſe ratiõe pecunie non ſolute ℄ Primum quod ratione affictus ex cõtractu locationis nõ debeatur eſt.ſ.probatum. ℄ Secũdum quod ſub ratione intereſſe recompenſatiuum fructus aliquid peti nõ poſſit.probatur.nam licet quando emptor eſt in mora regulari vel irregulari puta ꝓ traditione rei vt in caſu noſtro debeatur dictum intereſſe vt.in.l.curabit.C.de actio.empti.ꝛ traditur i.l. ij.C.de vſuris.ꝛ per glo.ꝛ doct.in.c.conqueſtus.eo.tit. Jtem licet quando emptor non eſt in mora.ꝛ venditor pretio nõ ſoluto donec integre ſoluatur reſeruat ſibi dominium locat emptori qꝫ facere poſſunt.vt dicit Jo.an.in addi.Spec.in tit.de emp.ꝛ vẽ. in addi.que incip.facile ergo erit.ꝛ Bal.in rub.C.de contrahẽ. emp q.xiij.Tunc etiam pendente dilatione ad ſoluendũ emptore nõ exiſtẽte in mora peti poſſit penſio prout ad plenũ demonſtrat elegãter do.Abb.in ſuo conſil.xvj.incip.viſo quodã inſtrumento ꝛc.Tamẽ quando concurrunt iſta duo quod eſt data dilatio ad ſoluendum ꝛ eſt tranſlatum dominiũ tũc do.Abb.ibi ſentit qui fundat ſe in reſeruatiõe dominij ꝛ probatur hac rõne quod nullo modo peti poſſit.Nã non ſub ratiõe fructuũ: quia ex quo trãſlatuꝫ eſt dominiũ ꝑtinet ad emptorẽ vt in.l.fructus.C. de actio.empt.nec ſub ratione intereſſe recompenſatiui reſpectu fructuũ:quia illud nõ debet̃ niſi ratione more ſaltẽ irregularis vt tradit̃ in.d.l.curabit.que dũ dicit:lꝫ nulla mora intercefferit. intelligitur.ſ.regulari requirit̃ tñ irregularis ſm Bal.Salyc.ꝛ doc.ibi ꝛ glo.ꝛ doc.in.l.de diuiſiõe.ff.ſo.ma.ſꝫ in caſu noſtro pendẽte dilatiõe nulla mora dicit̃ cõtrahi.l.ſecta.§.ſed eũ ſortis.ff.ſi cer.pe.igitur nõ hꝫ locũ.d.l.curabit.℄ Cõfirmo nã ille qui eſt in mora regulari vel irregulari dicit̃ eſſe in culpa.l.mora.ff.de vſur. ꝛ in.d.l.curabit.ſed qui nõ ſoluit pendẽte dilatione nõ dr̃ eſſe in aliqua culpa:quia differt ſoluere ex volũtate vẽditoris igitur nõ poteſt ſibi aliqd imputari:vt regula damnũ cũ materia de regu. iur.in.vj.ꝛ dicit̃ dilatio cõcedi in fauorẽ debitoris.iuxta not.per Bar.in.l.qui nomẽ.in prin.ff.de ver.ob.ꝛ qꝫ pendente dilatione nõ debeat̃ intereſſe rõne precij nõ ſoluti.lꝫ in terminis Paul.de caſt.in.l.iulia.§.ex vendito.ff.de act.empt.℄ Quã concluſionem cõfirmo ratione cõcludẽti.Nã qñ maritus ducit vxorẽ ꝛ incipit ſuſtinere onera matrimonij vxor cõſtituit̃ in mora regulari.ꝛ ſic maritus ꝓpter hoc põt alimẽta petere ſicut vẽditor tradẽdo rẽ. Jta arguit gl.cõiter approbata i.d.l.de diuiſione.ꝛ tamẽ habeo ꝙ pendẽte dilatione ad ſoluẽdũ dotẽ dicta mora nõ cõtrahitur neqꝫ poſſunt peti alimẽta a marito qui vxorẽ duxit.vt declarat Jo.de imo.in.l.ſi ſolum.§.vſuras.ff.ſo.mat.ꝛ Paul.de ca.in ſuo cõſi.cxxiij.ꝛ hoc tenẽt do.Ant.ꝛ alij i.d.c.ſalubriter.extra de vſu-

a ℄ Gandinus doctor magne ſcientie.

b ℄ Tractatus de percuſſionibus non eſt Bar.

rio.igiť idē cōcludendū eſt in caſu noſtro. ¶ Ex quā cōcluſione
infero vnū corollariū qḋ dicta quātitas affictus nō cenſeť ꝓmiſ
ſa pōdēte dilatiōe lȝ fuerit ꝓmiſſa ſingulis annis donec pretium
ſolueret:qḋ intelligi poteſt.ſ.poſt morā ⁊ in caſu permeſſo ⁊ nō
in caſu ꝓhibito.ar.l.merito.ff.ꝓ ſocio.⁊ eius qḋ no.Barto.in.l.
gerit.ff.de ac.here.⁊ hoc in ſpecie decidit Jo.de Jmo.⁊ ibi ſequu
tus fui in.l.inſulam.§.vſuras.ff.ſo.ma.vt actus potius valeat ꝙ
pereat.l.quoties.ff.de reg.iu.⁊ q: in generali locatione nō veniūt
ꝓhibita.vt p Bart.in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de le.ſecundo.
¶ Tertia ꝯcluſio ſit qḋ dictus affictus certꝰ ⁊ determinatꝰ put
promiſſus eſt peti nō pōt pro aliquo tpe:q: hȝ cōtinere vſurariā
prauitatē talis ꝓmiſſio.Jſta cōcluſio ꝓbať.nā lȝ rōne retardate
ſolutionis ꝓp morā intereſſe recōpenſatiuū peti poſſit:tñ rōne
retardate ſolutionis a prin.aliqḋ promitti nō pōt ꝓpter non ſo
lutam pecuniā put factū fuit in caſu noſtro.Jſta cōcluſio ꝓba-
tur.Nā lȝ ille q ſolitꝰ eſt negociari cū pecunia ꝓpter lucra debi-
tore exiſtente in mora petere poſſit intereſſe lucri ceſſantis.vt hʒ
in.l.i.§.fi.ff.de eo qḋ certo loco.tñ nō pōt a princip.conuenire de
certo intereſſe rōne retardate ſolutionis:vt cōcludit Jnno.Jo.
an.Calde.do.Ant.⁊ do.Abb.in.c.fi.extra de vſuris.igiť nō valet
cōſequētia rōne more peti pōt intereſſe.ergo de tali poſſunt par
tes a pn.cōuenire.¶ Cōfirmať ⁊ ſcḋo iſta cōcluſio.Nā lȝ maritꝰ
poſſit rōne retardate ſolutiōis dotis ꝓpter morā regularē pete
re aliqḋ ꝓ alimētis iuxta no.per glo.⁊ doc.in.d.l.de diuiſiōe.⁊ p
canoniſtas in.c.ſalubriter.extra de vſuris.tñ maritus a prin.cō-
1 uenire non pōt†ꝙ rōne retardate ſolutiōis habito reſpectu ad
quātitatē ſortis debite ꝓ rata ſortis debeatur aliqḋ ſingulis an-
nis put fuit in caſu noſtro:q: tunc talis affictus accedit pecunie
promiſſe qḋ eſſe nō debet iuxta no.per Joā.and.in regula pecca-
tū de reg.iur.in.vi.⁊ hanc qōnem decidit in terminis Joan.an.
in.c.ſalubriter.de vſuris.cuius opi.tanꝙ tutiorē ſequuntur do.
Anto.⁊ do.Cardi.⁊ reſpondeť ad illū tex.illā etiā ſequitur do.
Abb.i nō ſolito negociari.⁊ lȝ Jo.calde.ꝯtrū ibi tenuerit Bal.
in.l.fi.§.pterea.C.de iure doti.⁊ Bal.in rub.C.de vſuris.Saly.in
aut.ad hec.C.de vſuris.⁊ Jmo.⁊ Ro.Lo.§.vſuras.tñ opi.Jo.an.
tanꝙ tutiorē ſequendā eē dicit do.Laurentius de Rodulfis in
ſuo tractatu vſurarum.q.liñ.q: vbi agitur de periculo anime tu
tior pars eſt eligēda.c.iuuenis.de ſponſalibus.⁊ hanc ſequutus
ſum in.d.§.vſuras.Nam canoniſte quibus magis in his creden-
dum eſt cōiter hoc tenent:licet pleriqꝫ ponāt caſuȝ qñ fuit data
dilatio ad ſoluēdū tamē rō qḋ nō poteſt deduci in pactū qḋ ſine
pacto peti poterat militat etiā nulla data dilatio.ſed i caſu nro
videť data dilatio ⁊ factum pactum qḋ donec affictus ſolueret
nō poſſit peti pretium ex quo finito biennio recipiebat affictum
ar.l.qui in futurum.ff.de pactis.⁊ in.§.nō male.ff.de doli excep.
⁊ licet qñ apponunť vſure ceſſante ſolutione nō videretur data
dilatio.iuxta no.per Bar.in.l.qui rome.in prin.ff.de verbo.obli.
tamē quando apponuntur ⁊ recipiuntur poſt tempus ſecus vi-
detur per.d.§.nō male.Quinimo ex quo receptio in futurū ope
ratur pactū de nō petēdo vt in.d.§.nō male.ita promiſſio in fu-
turum idem operari dȝ.l.fi.C.ad.l.fal.⁊ facit glo.in.l.ij.C.de iure
emphy.Et hoc caſu dico quod debitor poteſt quādocūqꝫ ſolue-
re licet deberetur affictus:quia tempus ſolutionis poſt bienniū
non eſt determinatum ſi tpe eſſet determinatū:quia tūc qñ dať
dilatio cū ſolutione vſurarū nō pōt ante tpe ſolui.⁊ ita ꝓcedit
qḋ dicit Bar.in.l.qui rome.in pn.ff.de ver.ob.¶ Cōfirmať iſta
2 concluſio.†Nam lȝ ſub noīe intereſſe potuiſſet promitti tanquā
recompenſatio:tñ ſub nomine affictus talis promiſſio facta nō
valuit:quia lȝ ſub nomine alimētoꝝ aliquid poſſit promitti q:
alimēta ſunt licita ſm opi.Calde.Bal.⁊ imo.in locis ſtatim al-
legatis.tamē ſub nomine vſurarum:q: tales vſure ſunt prohibi
te non valet promiſſio.hanc cōcluſionē tenet Jo.de Jmo.quam
ſequuntur Moderni.in.d.§.vſuras.⁊ tenēt cōmuniter Canoni
ſte in.d.c.ſalubriter.Jta dicendū eſt in caſu noſtro. Nam tranſ-
lato dominio lȝ ratione more intereſſe peti poſſit.vt in.d.l.cura-
bit.tñ affictus certus nullo modo deberi pōt:qñ aut volumus
quod debeatur ex contractu locate rei:⁊ hoc non poteſt dici cū
locatio non teneat.d.l.qui rem.C.locati.⁊ ſupra plene eſt declara
tum.Aut volumus dicere quod debeatur ratione pecunie: quā
retinuit ⁊ non ſoluit emptor.⁊ tūc idem concludēdum:quia pe-
cunia nō eſt locabilis.⁊ ſic ſi pecunia locať eſt vſura:vt cōcludit
Arch.in ca.ſi feneraueris.xiiij.q.iij.⁊ refert ⁊ ſequitur prefatus
domi.Laurē.in dicto tractatu.q.xxxiij.⁊ ad hoc allegat dictum
ſuū in.c.fin.de vſuris.vbi idem tenet.d.Car.floren.igiť nullo mō
potuit valere promiſſio pro affictu pecunie nō ſolute put factū
fuit in caſu nro.¶ Cōfirmo etiā hāc cōcluſionē alia rōne qꝛ ⁊ ſi
intereſſe rōne retardate ſolutiōis peti poſſit tñ nō valet promiſ
ſio vniformis ꝑſtationis ratione retardate ſolutiōis pecunie q:
talis vniformis preſtatio arguit vſurā vt plene ꝓbat ⁊ cōcludit
Lu.ro.in ſuo cōſilio.xxx.incip.Circa propoſitum conſultationē

dne ſunt difficultates.Et hoc maxime in caſu noſtro:tū quia ꝓ-
miſſus eſt affictus pro rata pecunie ⁊ ſic accedit ſorti.xliiij.qḋ.iij.
per totū:tū q: nō pōt deberi vniformis preſtatio ſub nomine in
tereſſe in caſu noſtro:quia cū debeať intereſſe recōpenſatiuū fru
ctuum vt traditur in.d.c.conqueſtus.tale intereſſe nō eſt vnifor-
me.ex quibus cōcludiť ꝙ nullo modo dicta quātitas affictꝰ pe-
3 ti pōt ⁊ maxime duabus vltimis rōnibus. ¶ †Quarta cōcluſio
ſit ⁊ valde probabilis ꝙ nullū intereſſe peti poſſit rōne retarda-
te ſolutionis poſt bienniū:q: talis contractus videť geſtꝰ i frau-
dem vſurarū.Jſta concluſio ꝓbať.nam cum venditor prius con
feſſus fuerit ſe pretium percepiſſe non ſub ſpe future numeratio
nis cum tali exceptioni renunciauerit que renunciatio in inſtru
mentis ꝯſueta eſt apponi.igitur ſubintelligitur ſub illis ver his
renūciantes ⁊ c.iuxta not.in.l.gallus.§.idē credendum.ff.de libe.⁊
poſthu.⁊ ad hoc eſt bonus tex.⁊ ibi Bald.in.l.fi.C.de fideiuſſo-
ribus.⁊ poſtea confeſſus fuerit ſe debitorē in certa quātitate ꝓ
dicto pretio incontinenti ex his cōtrarietatibus reſultat ꝑſum-
ptio fraudis vt in.c.vt noſtrū.vt eccleſiaſtica bñficia.⁊ ſic qḋ in
fraudē vſurarū dicatur contractus initus. ¶ Preterea ex quo
aliqḋ eſt ꝓmiſſum ꝓ pēſione poſt confeſſionē recepti ociñ arguiť
preſumptio fraudis cū nō ſit de natura cōtractus vēditionis ꝙ
penſio debeať:⁊ ſic cenſeť ꝙ voluerit percipere aliquid ſingulis
annis pro mercede retardate ſolutionis pecunie:⁊ ſic ꝓ ipſa pe-
cunia ⁊ hac de cauſa pecuniam dimiſiſſe apud emptorem. quod
etiaȝ patet:quia exonerata parte debiti noluit tantū percipere:
Sed his rationibus nō pōt venditor neqꝫ ſub ratione intereſſe
neqꝫ ſub rōne affictꝰ aliquid percipere.q: quicquid accedit ſorti
vſura eſt in.c.pleriqꝫ.xiiij.q.iij.¶ Cōfirmatur hoc idem Nam ex
quo pro ſolutione pretij venditor debebat lucrū percipere fingit
ius qḋ emptor pecuniam ſoluit ⁊ poſtea illam mutuauerit ſicut
in ſimili in capitulo in ciuitate ⁊ in capitulo nauigāti.extra de
vſuris in quibus dicūt magis cōiter doctores quod ꝓpter dila-
tionem ad ſoluēdum venditor vendit rem cariori pretio videtur
pecuniā recipere ⁊ mutuo concedere.ita in caſu noſtro.ſi ergo vi
detur pecunia mutuata.igiť pro illa nihil peti poteſt.d.c.pleriqꝫ
⁊ ita in terminis decidit do.Abb.in ſuo cōſilio.v.incip.ſempro-
nius quandam domū ⁊c.⁊ licet do.Abb. loquatur de penſione
promiſſa tñ ex quo ipſe vult qḋ ꝓpter cōfeſſionē pretij recepti ⁊
promiſſionē nō obſtante confeſſione qḋ ꝯtus iudicari dȝ vſura
rius.qḋ pecunia cenſeť mutuata patet qḋ nihil peti pōt ꝓ inter
eſſe.⁊ maxime q: dicit ꝙ tota pecunia ꝓ pēſione ſoluta eſt in ſor-
tem cōputanda.⁊ ſic nō vult ꝙ aliquid noīe intereſſe peti poſſit.
⁊ ꝑ conſequens decidit queſtionem noſtrā in indiuiduo.¶ Con
firmanť ꝓmiſſa.nam clauſule inſtrumēti non debent cenſeri ap-
poſite ſine effectu aliquid operādi.l.ſi qñ.ff.de leg.i.tradit Bal.
in ꝓpoſito in rub.C.de contrahen.emp.q.ix.ſed ꝯfeſſio non pōt
dici ꝙ ad aliū effectū emanauerit ſequuta ꝓmiſſiōe:niſi vt pecu
nia videreť ſoluta venditori ⁊ demū tradita emptori fictiōe bre-
uis manus:iuxta no.l.l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.⁊ ſic ꝓ anno affictu
cōceſſa.⁊ ꝓ hoc glo.no.in.l.ij.C.de dote cau.nō numera.vbi ꝯceſ-
ſio hȝ vim traditionis.⁊ ꝙ operať vera traditio operať cōfeſſio
de recepto.qua ergo rōne nō ſoluto ꝑtio ⁊ poſtea ꝯceſſa dilatiōe
emptori nihil peti poſſit rōne more:niſi rōne itereſſe dāni emer-
gentis vel lucri ceſſantis in mercatore.ita ſtāte fictꝰ traditione ꝑ
cōfeſſionē ⁊ ꝓmiſſionē ꝓ qua videť pecunia ſoluta ⁊ pro annuo
affictu ꝯceſſa ipſi emptori facit.l.licet.ff de iure dotium.cū ſimi.
¶ Confirmantur poſtremo premiſſa alia rōne.Nā quicqd dixe-
rit Bal.in pleriſqꝫ locis:tamen dicit Joan.de imo.in.l.penul.§.
ſi vir.ff.ſolu.matri.ꝙ Bar.poſt Jacob.de are.ſubtilius ibi con-
ſiderauit volens qḋ qñ non obſtante confeſſione ſequitur ꝓmiſ-
ſio debiti confeſſati talis confeſſio facta cenſetur ſpe future pro-
miſſiōis non ſpe future numeratiōis qua ꝓmiſſiōe ſubſequuta
videtur ſatiſfactum dicte confeſſioni cum dicta promiſſio cedat
loco ſolutionis reſpectu cōfeſſionis precedētis.ar.l.inter.cauſas
§.abeſſe.ā.manda.⁊ idē dicit Paulus de caſtro ⁊ ſequutus fui:
ex quibus infero in ꝓpoſito quod ſublata eſt obligatio ex cauſa
venditionis ex qua intereſſe peti poterat ⁊ orta eſt noua obliga
tio ex noua ꝓmiſſione ſub annuo affictu que eſt vſuraria reſpe-
ctu ꝓmiſſionis affictus ex qua nō poteſt peti aliquid quia dice-
retur ſimpliciter peti ꝓ pecunia nouiter conceſſa ⁊ non ſoluta
quod fieri nō pōt.¶ Confirmatur iſta concluſio quia ex qua ra
tione confeſſionis cēſetur pretium ficte ſolutū iuxta glo.in.d.l.ſi.
debitum ex non vēditione cenſetur extinctū ⁊ trāſfuſum in no-
uum debitum ex noua promiſſione ſub annuo affictu vt colligi
tur ex his que ſubtiliter ponit Bart.in.d.l. ſingulis.in prima.q.
ſed vt dixi ex noua promiſſione ratione retardate ſolutionis nō
poteſt aliquid peti niſi ratione intereſſe damni emergētis vel lu
cri ceſſantis in mercatore.Ex quibus patet reſponſio ad vnum
4 quod potuiſſet in contrariū adduci ſcilicet†quod talis cōfeſſio
propter ſequutam promiſſionem videtur ſimulata ⁊ facta ſpe
futura

futare promiſſionis.argu.l.minor.xxv.annis cui fideicom.ff.de
mino.ſcḋm bal.in.l.ſi abſentis.ff.ſi cert.pet.ꝛ in.l.i.C.ad velle.ꝛ in
l.publicatis.C.de dona.ante nup.ꝛ in pleriſq; aliis locis quos re
tuli in.d.l.pe.§.ſi vir.referendo etiam Ang.conſuluiſſe quoniã
dicta opi.nõ eſt vera quia videtur potius facta ſpe future ꝓmiſ
ſionis vt dictum eſt per ea que notant Jaco.de are.Barth.imo.
Pau.ꝛ magis cõmuniter moderni in.d.§.ſi vir.ꝛ poſito qḋ eſ
ſet vera dico qḋ nõ ꝓcedit in caſu nr̃o i quo vltra ꝯfeſſionẽ ex ꝓ
miſſione apparet qḋ relinquit pecuniam in manibus debitoris
ex alia cauſa prout i caſu noſtro q: apparet qḋ relinquit eã vt ꝑ
cipiat annuũ affictũ quo caſu cõmutant in aliam cauſam: nec
dicitur ꝯfeſſio ſimulata.imo ad iſtum affictũ facta per tex.in.d.
l.ſingularis.cũ ibi nota.ꝛ in.d.l.licet.§.i.ꝛ iſta ſunt ſubtilia ꝛ cõ
cludunt iudicio meo licet in ſpecie in terminis noſtris non repe
riam declarata.¶ Ex qua concluſione infero vnum corollariũ
quod oĩa que apparent ſoluta computantur in ſortem ꝛ ſi quid
vltra eſt ſolutũ tanq̃ indebitũ repeti poteſt.ex quo ĩdebite ſolu
tũ apparet vt per totũ.ff.ꝛ.C.de condi.indebi.ꝛ in.c.ſi.de ſolutio.
ꝛ maxime ex quo apparet qḋ aduerſarius ſimpliciter eſt debitor
ſcriptus in libris ipſius emptoris.vnde ceſſat omnis difficultas
que poſſet fieri ex not.in.l.i.ff.de condictione indebi. ¶ Quinta
ꝛ vltima cõcluſio ſit qḋ poſito qḋ intereſſe aliqḋ peti poſſet oẽs pe
cunie in quibus vẽditor apparet debitor emptoris cedunt in ſo
lutũ virtute cõpenſationis q̃ hoc caſu fit ipſo iure a lege ſine ob
iectione hominis ad impediendũ morã ꝛ curſum vſurarũ.caſus
eſt in.l.ſi conſtat.ꝛ ibi hoc tenent omnes.C.de compenſatio.ꝛ te
nent Nico.de mat.Bal.ꝛ omnes in.l.ſi.C.eo.tit.ꝛ in hoc nullus
diſcrepat.¶ Ex qua concluſione infero corollariũ qḋ ꝓ qua pte
ꝛ pro eo tempore pro quibus venditor apparet debitor: ſienda eſt
diminutio affictus ſcḋm cõſiderationes de quibus ſupra hoc ꝓ
batur per pactũ appoſitũ i inſtrumẽto.Cõcordat etiã diſpoſitio
iuris cõis ſi nihil fuiſſet dictũ vt eſt tex.ꝛ ibi Bart.in.l.ſi.de iure
dotium.ꝛ not.Bart.in.l.iul.§.offerri.ff.de actio.empti.ꝛ Bald.
in.l.ſi traditio.C.eo.ti.ꝛ tenet oĩa Abb.in dicto cõſi.lxvi.ꝛ eſt bo
nus tex.in.l.cũ vẽderẽ.ff.locati.¶ Et qbꝫ oĩbꝫ oẽs iudicãs ꝛ ar
bitri ſi corã eis queſtio diſcutietur potuerunt bene percipere qḋ
per eos agendum ſit. Laus deo ꝛc.

¶ Conſilium.clxxx.

1 ¶ Filii an habeant ius retinendi dotem matris tutricis pro
administratione.
2 Mater an poſſit capi pro adminiſtratione tutele.
3 Nomina debitorum reſident in perſona creditorum.
4 Dos eſt quid vniuerſale.
5 Mater tutrix an poſſit petere alimenta.
6 Mulier poſt annum etiam data mora in reſtitutione dotis non
poteſt alimenta petere.
7 Statutũ diſponens qḋ alimenta debeantur ad rationẽ quinq;
pro centenario:an valeat.

Dominus labia mea aperi
at ꝛ ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. Diligen
ter puncti narratione conſiderata duo tantum perci
pio dubia eſſe in pñnti cõſultatiõe diſcutiẽda. ¶ Primũ an di
cte matri nutrici dotẽ repetenti obſtet exceptio non reddite ad
miniſtrationis.ꝛ propter hypothecã poſſit dos retineri donec
ratio adminiſtrationis reddatur. ¶ Secũdum eſt nũquid cõſi
derata forma ſtatutorum ꝛ diſpoſitione iuris communis dotis
nõ reſtitute alimenta petere poſſit. ¶ Circa primam difficultatẽ
videbãtur primo aſpectu dicẽdum quod dicta dos retineri non
poſſet: quoniam iſta videtur communis concluſio quod licet in
actione de dote admittat cõpẽſatio de quãtitate ad liquidam
quãtitatẽ nõ tñ admittit retẽtio ꝑ tex.ꝛ ibi plene no.i.l. vnica.§.
taceat.C.de rei vxo.act.ꝛ tradit i.l.diuortio.§.ob donationẽ.vbi
per gl.ꝛ doc.ff.ſolu.matrimo.ꝛ per doc.plene in.l.rei iudicate.§.
i.ff.eod.ti.ergo videtur qḋ ꝑ rõnem adminiſtrationis nõ reddi
tam qḋ dos nõ poſſit retineri.Nam in multis cõditio dotis pri
uilegiata eſt vt eſt caſus ꝛ ibi no.in.l.i.ff.ſo.matrimo. ¶ Sed his
nõ obſtãtibus cõtrariã opinionem exiſtimo veriorem quod imo
dicta dos poteſt retineri donec ratio adminiſtratiõis tutele fue
rit reddita.ꝛ pro fundamẽto ꝓmitto quod inter alia ad que ma
ter tenetur que vult admitti ad tutelam filiorum mortuo viro
eſt quod renũciet omni iuri ꝛ legũ auxilio. Item qḋ obliget ſuas
res vt eſt caſus in auẽ.vt ſine prohibitione matres.§.qᷓ vero.ꝛ de
obligatiõe bonorũ eſt caſus in.l.ſi.C.qñ mulier tutele offõ fungi
poſſit.vnde prout cõmunis eſt practica ꝛ obſeruantia ita debuit
eſſe confectum inſtrumentum aſſumptionis tutele prout de hy
potheca bonorum eſt ĩ ꝓuncto expreſſum.Cõcluditur ergo qḋ
omnia bona ipſius mulieris erant hypothecata ꝓ adminiſtra
tione tutele.Nam etiam de iure nulla cõſtituta hypotheca erãt
hypothecata.vt eſt caſus in.l.pro officio.C.de adminiſtratiõe tu

torum.ſed aliquis predicta poſſent procedere in aliis bonis mu
lieris nõ autem in dote quã vĩ qḋ mulier nõ poſſit alienare vel
obligare.ꝑ tex.ꝛ ibi nota.in auẽ.ſine a me.C.ad velleia.ꝛ in.l.vni
ca.§.ꝛ cũ lis.C.de rei vxo.act.ꝛ eius qḋ plene nota.in.l.i.in primo
priuilegio ſecundi temporis.ff.ſol.ma.Sed ad hoc reſpondeo qḋ
magna eſſet reſtrictio iurium volentiũ ꝙ obliget res ſuas prout
dicit tex.in.d.§.q vero.qḋ aſtrigeretur ad alia bona ꝑter dotẽ:cũ
de rariſſime cõtigẽtibus ſit qḋ mulier aliquid habeat vltra do
tem maxime cũ quicquid lucratur cõſtante matrimonio ex bo
nis mariti lucrari cenſeatur.l.quintus.ff.de donatio.inter viruꝫ
ꝛ vxorem.ꝛ.l.etiam.C.eo.tit.lex autem intelligenda eſt ꝛ adaptã
da ad ea que vt plurimum eueniunt.l.nam ad ea.ff.de legibus:ꝛ
quod cum lex generaliter ꝛ indefinite loquatur de obligatione
rerum ſuarum ꝛ intelligi debet generaliter etiam de dote.l.i.§.ꝛ
generaliter.ff.de legatis preſtandis.l.ſi pluribus ꝛ ibi Barto.ff.
de legat.ſecundo.ꝛ quod hoc ſit verum induco etiam tex.in.d.§.
quia vero.vbi tex.vult quod mulier obliget res ſuas deinde in
ſequẽti.§.dicitur quod non habet obſtare quod ſit creditrix do
tis quominus ad tutelam admittatur.ꝛ ſic cum in alia parte
tex.fiat mentio de dote mulierum conſtat quod ſenſit etiam de
dote faciendo mentionem de rebus per tex.in.l.qui filiabus.in
prin.ff.de lega.primo.cum ſimi.facit:quia rei verbum generale
eſt tex.eſt in.l.i.§.ſi cer.pet.ad idem adduco textũ in.l.ſi.C.quando
mulier tute.offi.fungi poſſit.in verbo ſuamq; ſubſtantiam ꝛc.
ſupponat ꝛc.Subſtantia autem ꝛ patrimoniũ idem important
lege cogi.in prin.ff.ad trebel.dos autem eſt propria ſubſtantia ꝛ
patrimoniũ.imo tex.in.l.aſſiduis.ad fin.C.qui pot.in pig.ha.di
cit quod tota ſubſtantia mulieris in dote cõſtituta eſt.ꝛ ſic pro
bat qḋ nihil aliud eſt ſubſtãtia mulieris q̃ dos ꝛ quod vt pluri
mum ꝛ quaſi ſemper mulieres nõ habent aliam ſubſtantiã vltra
dotem que dicitur patrimonium mulieris.l.in.§.verum.in fi.ff.
1 de mino.†vnde non puto heſitandũ quin concludendum ſit do
tem iſtius matris tutricis fuiſſe hypothecatam pro adminiſtra
tione ꝛ redditione rationis prout debet inſtrumentum cantare
ꝛ etiam eſt de iure cõi.d.l.pro officio.C.de admini.tutorũ. ¶ Ex
qua cõcluſione ſequit cõcluſio alia ad propoſitum noſtrũ ꝙ pro
dicta adminiſtratione ꝛ redditiõe rationis ad quã in pñſentiaꝝ
tenet ꝛ de iure ꝛ ex forma ſtatutorũ põt dicta dos obligata reti
neri.q: cũ rõne hypothece filii habeãt ius in re poſſunt retinere
per id qḋ hr̃ in.l.q̃uis.C.de diſtrac.pig.ꝛ in.l.ſi C.commodati.ꝛ
in.l.ſi nõ ſortem.§.ſi tanti.ff.de condi.indebi.ꝛ probatur in for
tioribus terminis in.l.i.ꝛ in rub.C.etiã ob chirographariam pe
cuniam.probatur q: ſi datur actio hypothecaria ad auocandã
poſſeſſionẽ inſti.de act.§.item ſeruiana.igit multomagis datur
exceptio.vt in regula cui actionem damus multomagis except.
ff.de regulis iur.ꝛ probatur in.l.iul.§.offerri.ff.de act.emp. Item
ex his que plene ponunt Barto.ꝛ doc.in.l.ſi filio.§.ſi vir in quan
quantum.ff.ſoluto matrimonio.ꝛ in.l.emptorem.C.locati.de
eo qui ratione hypothece retinet rem locatam contra tertium i
quem facta eſt alienatio pro obſeruantia locationis.ꝛ ſi dicatur
iſta ſunt iura regularia.tamen in dote eſt ſpeciale quod non ad
mittatur retentio.vt in.d.§.taceat.ꝛ.ſ.dictum eſt. ¶ Sed ad hoc
rñdeo qḋ regula eſt de qua.ſ.a qua non reperio hãc exceptionẽ
datam quando dos eſt legitime hypothecata quo non poſſit re
tineri pro obſeruantia contractus ſeu actus pro quo extitit obli
gata.quicunq; ergo hoc dicit allegat argumen gloſſ.in.l.omnis
diffinitio.ff.de reg.iuris. ¶ Confirmatur hoc euidẽti ratione ex
duplici regula. ¶ Prima quod quandocunq; aliquid conceditur
omne id cenſetur concedi qḋ eſt de natura illius actus.argu.l.ſi
palatus.ff.de vſuris.quod notat Inno.in.c.ex literis.de iurepa
trona.ꝛ Bald.in.l.a procuratore.C.mandati. ¶ Secunda regu
la eſt.q: quoties aliquid conceditur conceſſuꝫ videtur quicquid
ad illud ſequitur.hanc regulam ponit Bal.in.l.i.§.ff.de iuriſdic.
om.iudi.in lectura noua.ꝛ plene tradunt ibi Barto.ꝛ doct.cũ
ergo ſit a lege conceſſum qḋ dos dicto caſu obligari poſſit videt
eſſe cõceſſuꝫ omne id quod ſequitur ex obligatione.quia dicitur
effectus connexus fine cauſe.ꝛ de connexis idem eſt iudicium.l.
nn tunulis.ff.de accepti.l.fina.C.de indi.vidui.c.tranſlato.extra
de conſtitu. ¶ Confirmatur hoc:quia in huiuſmodi inſtrumen
tis tutele mulieres renũciant omni iuris ꝛ legum auxilio ꝛ fauo
ri.ergo videatur renunciaſſe dicto legũ beneficio ſi qḋ habuiſſet.
2 †Nam ſi vigore talis renũciationis põt tñc mater pſonaliter ca
pi.vt cõcludit.no.Bar.in.l.ſi quis ſub ꝯditiõe.ff.de teſta.tutela.
ꝛ Bar.de Saly.in auẽ.matri ꝛ auie.C.qñ mulier tute.offi.fungi
põt.lꝫ alis lege ꝓhibẽte capi nõ potuiſſet.vt eſt caſus in.l.vnica.
C.de offi.om.iu.ergo fortius operat dictã retentionẽ bonorũ.ar.
auẽ.multomagis.C.de ſacroſan.eccle.faciunt no.in auẽ.ingreſſi.
C.de ſacroſan.eccle.ꝛ hoc maxime qñ mater q̃ fuit tutrix trãſiuit
ad ſecunda vota nõ reddita ratione adminiſtrationis quo caſu
nedum quod lex eidem ſuum cõferat auxilium ſed habet ipſam

odio ⁊ punit. vt eſt caſus in aut. eiſdem. C. de ſecūdis nuptiis. igi-
tur non debet auxilio. l. iuuari. quia in legem commiſit. cap. quia
fruſtra extra de vſuris. cum ſimi. Imo quod fortius eſt bona ſe-
cundi viri qui eam in vxorem accepit non reddita ratione ſunt
obligata vt eſt caſus in. l. ij. C. quando mulier tut. offi. fungi pōt.
ex quo datur intelligi quātū iura voluerunt fauere filiis quorū
mater tutrix tranſit ad ſecunda vota non reddita ratione admi
niſtrationis ex quibus concludo quod dicta dos propter hypo
thecam retineri poteſt. Sꝫ adhuc reſtat vnꝰ ſcrupulus quomodo
poſſimꝰ dicere habere iſti filii hypothecam in dote. nam clarum
eſt quod ſunt debitores dotis. ⁊ ſic dos cōſiſtit in nominibus de
bitorum dictorū filiorū. Ergo videtur quod nō poſſint habere
obligatam dotem quia haberent obligatos ſeipſos ſibiipſis cō-
tra id quod habetur in. l. Titius ⁊ l. lege heres a debitore. ff. de
fideiuſſor. ⁊ not. in. l. ij. ff. de ſtipulatio. ſeruorum. ¶ Sed ad hoc
reſpondeo quod quando quis eſt debitor ex vna cauſa creditori
ſuo hoc nomen debitoris poteſt habere hypothecatū ex alia cau
ſa ſicut videmus quod in hoc nomine poteſt mihi vſuſfructꝰ le-
gari. l. poſtquā. §. idem tamē nerua. ff. de vſuſ. rerum earum que
vſu conſu. ⁊ quia nomen debitorum non eſt ipſius debitoris ſed
creditoris prout in ſimili notat Barto. in lege grege. pignori. ff.
de pig. ⁊ ita hoc anno conſultum fuit hic per inſignem doctorē
dominum Petrum philippum de corneo de peruſio cuius cōſi
lio me ſubſcripſi ⁊ eius concluſionē cōfirmabam caſum iudicio
me in. l. penul. C. depoſiti. qui textus dum dicit pecunias vel res
loquitur tam in depoſito quantitatis quam in ſpecie prout ibi
ponderat Barth. de Saly. ⁊ tamē deciditur ibi quod hypothe-
caria depoſitum retineri non poteſt. ergo patet quod quatenus
loquitur in depoſito quantitatis preſupponit quod tale nomē
depoſitario poteſt eſſe hypothecatum. Bene facit text. cū ibi no.
in. l. finali. §. in computatione. C. de iure deliberandi. ⁊ text. ⁊ ibi
3 per Bar. in. l. debitor. ff. ad trebel. ¶ †Confirmabam etiam hoc
quia tale nomen dicitur eſſe hypothecatū hoc eſt ius iſtius no-
minis quod reſidet in perſona creditoris ⁊ quod in perſona cre
ditorum reſideat eſt caſus in. l. quis ergo caſus. ff. de peculio. ⁊ in
lege ea vero. ff. pro ſocio. que duo iura ad hoc allegat Bald. in. l.
edita. in ſecunda queſtiōe. C. de edendo. ſed in caſu adhuc hec cō-
cluſio redditur clarior: quia aliud eſt dos aliud nomē debitoris
4 quod in dote continetur. †Nam dos dicitur eſſe quid vniuerſa-
le. vt eſt caſus in. l. ſecunda. ff. de dot. prele. ⁊ in. l. quod dicitur. ff.
de impenſis. ⁊ tenet Bar. in rubri. ff. ſoluto matrimo. cuius opi-
nio eſt communis ⁊ vera ⁊ ibi eam plene defendi a volentibus
impugnare. Unde cum dos ſit ius ipſius mulieris diſtinctum ⁊
ſeparatum ab ipſo nomine nihil repugnat quominus iſtud ius
dicatur hypothecatum iſtis filiis. ex quibus omnibus cōcludit
quod ante redditionem rationis adminiſtrationis dicti filii ad
dotis reſtitutionem cogi minime poſſunt. ⁊ hec de prima dubi-
tatione. ¶ Circa ſecundam dubitationem cōcludo quod dicta
5 mater que fuit tutrix† nō poteſt alimenta petere. pro cuius con-
cluſionis maximo fundamento ego premitto quod dicti filii nō
fuerint in mora ſoluendi dictas dotes. naꝫ licet de iure commu-
ni ⁊ ex forma ſtatutorum deberentur dotes immediate poſt an-
num vt in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. patet hoc ex forma ſtatu
torum mihi tranſmiſſorum. ⁊ conſequenter poſt annū heredes
videātur eſſe in mora dies interpellat pro homine. l. magnam. C.
de contrahenda ⁊ commit. ſtipulatione. ⁊ tamen multiplici re-
ſpectu excuſantur a mora. ⁊ primo ſi que mora poſſet imputari
in non ſoluendo dotem poſt annum illaꝫ imputari poſſet domi
ne Antonie tutrici ꝙ debuiſſet erigere ſe ipſa. ⁊ maxime vt pupil
lum ab alimentis ⁊ vxore liberaret vt eſt caſus in lege quoties. §.
ſicut autem. vbi tex. multum nota. ff. de adminiſtratio. tutorū vn
de non poſſet allegare moram in ſoluendo poſt annum ex quo
hoc culpa ſua contigit iuxta plene nota. in lege cum mulier. ff. ſo
luto matrimo. ¶ Secūdo quia ex quo elegit ſtare in domo ⁊ ali
mentari cum filiis heredibus elegit viam habendi alimenta in
domo filiorum ⁊ non repetendi dotes prout dictat ſtatutum. ⁊
ſic cum fuerit alimentata per plures annos nō fuerunt heredes
in mora ſoluēdi dotem. vnde ſequitur ex hoc quod ſi per lapſuꝫ
primi anni non fuit inducta mora ⁊ ſic fuerit ⁊ emiſſa nō potuit
amplius induci ſine noua interpellatiōe hoc probatur per text.
in lege pecunie fenebris. ff. de vſuris. in verbo eius temporis in-
culpatam moram eſſe conſtitit ⁊c. Hoc decidit in terminis Bar
to. in. l. item illa. ff. de cōſtitu. pecunia. probatur etiam manifeſta
ratione. quia elapſo primo anno non erat certum quo tempore
mora poſſet induci. puta ſi debuiſſet induci eoipſo qd de domo
receſſiſſet. hec erat dies incerta. dies autem incerta non interpel-
lat. caſus eſt a contrario ſenſu in dicta lege magnam. Et ibi no-
tant docto. ⁊ notant Moderni. in lege quoties in diem. ff. de ver
bo. obligatio. ¶ Tertio etiam excuſant a mora: quia immediate
quod dos fuit obligata potuit retineri ꝓ obſeruantia donec re
tio ⁊ aliqua redderentur. prout §. deductum fuit ergo non com
petebat efficax petitio. ſed vbi nulla petitio ibi nulla poteſt eſſe
mora. vt no. in. l. nuda. C. de contrahen. ⁊ commit. ſtipula. ⁊ in. l.
ſi pacto quo penam. C. de pactis. ⁊ quia hoc facit. l. permitten. l.
gracchus. C. de adulteriis. cum ſimili. ¶ Quibus premiſſis oſten
ditur quod dicta alimenta peti non poſſunt. ⁊ primo tenendo
opini. Bart. in. l. inſulam. §. vſuras. ff ſo. ma. vbi decidit in termi
6 niſ† mulier poſt annum etiā data mora in reſtitutione dotis
non poteſt alimenta petere. ⁊ Bart. in. l. at qui natura. §. tū. ff. de
neg. geſt. ⁊ tenet Bal. in. l. ſi. C. de bo. mater. Idem voluit Hoſt. in
ſumma de vſuris. §. an aliquo. ⁊ Ioan. An. ⁊ Card. in. c. ſalubri-
ter. de vſuris. ⁊ hanc partem tenet do. Laurē. de Ridolph. in tra
ctatu vſurarum. in qō. iij. ⁊ eſt magis cōis. licet Bald. ⁊ pleriq;
alii contrarium dicant. ¶ Secunda opinio probatur tenendo
opinionem quam tenent Ange. Ioan. de imo. ⁊ Lud. ro. in. d. l.
diuortio. in prin. quod qñ mulier nō habet aliūde vnde ſe alat ⁊
heredes ſunt in mora alimenta peti poſſunt. alias ſi non ſunt in
mora poſſunt peti. Idem Ange. in. l. titia. ff. de ſolut. ſed in caſu
noſtro nulla fuit mora in ſoluendo dotem. ergo non poſſunt pe
ti alimenta. Ad idem quod notat domi. Anto. in. d. c. ſalubriter
⁊ quod no. Io. de imo. in. d. l. inſulam. §. vſuras. Adduco etiā ad
idem conſilium ſolenne Pet. de anch. numero. xcii. quod inci-
pit. in qō. que vertitur inter nobilem dominaꝫ. vbi plene tangit
vtrum mulier poſſit ſolu. ma. vltra fortes dotis petere aliqd pro
alimentis. ⁊ in effectu cōcludit quod non: quia extinctus eſt titu
lus dotis ⁊ ceſſat cauſa priuilegii. ⁊ lꝫ cā alimētorum ſit valde fa
uorabilis ⁊ pia non tamen ꝓpter hoc pōt plus debito peti: per
id quod habetur in. c. ſuper eo. extra de vſuris. ¶ Ex quibus cō-
cluditur quod dicta alimēta peti nō poſſūt ex eo maxime qꝛ nō
oſtēditur heredes fuiſſe in mora reſtituendi dotes. nec etiam ali-
quid preſupponit qd nō hꝫ aliunde vnde ſe aleret. ⁊ ſic cōcludo
7 quod de iure communi non poteſt talia alimēta petere. ¶ †Nec
habet obſtare ſtatutum quod vult quod alimenta debeātur ad
rationem quinq; pro centenario quod ſtatutum validum vide-
tur eſſe hoc caſu prout voluit Baldus in. l. ſi. §. preterea. C. de iu-
re do. ⁊ hoc ſtatutum dicit eſſe tolerabile do. Cardi. in clementi.
prima. extra de vſuris. Ad idem facit quod no. Baldus in. l. acce
ptam. C. de vſuris in. vij. q. allegando gloſſ. ſingu. in auten. de ex-
hibendis reis. §. ſi vero. ¶ Sed ad hoc ſtatutum tripliciter ego
reſpondeo. ¶ Primo quod ſtatutū loquitur in vidua nos aūt
ſumus in muliere que nupta vult talia alimēta petere. cum ergo
verba ſtatuti non conueniāt non debet cōuenire diſpoſitio. l. ſ.
§. ſi quis naue. ff. de exercito. ⁊ in. l. ſi ſeruum. §. non dixit pretor. ff.
de acquir. here. ⁊ in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma. ¶ Secundo di-
co quod dictum ſtatutum ꝺꝫ intelligi quādo heredes fuiſſent in
mora ſoluēdi vt reducat ad terminos iuris cōmunis ⁊ operetur
quo ad taxam determinatā alimentorum recipiūt enim ſtatuta
interpretationem paſſiuam a iure cōmuni. l. ſi ſerui veſtri. cū ma-
teria. C. de noxa. ⁊ l. ſi. §. in ꝯputatione. C. de iure delibe. cū vulga.
⁊ maxime qñ non reſtitutio cauſat ex facto creditoris. vt in caſu
noſtro ꝓut eſt caſus notabilis in. l. ſi peculium. § i. ff. de ſtatu libe.
⁊ ꝓbatur ex his que eleganter ponit Bar. in. l. amplius nō peti.
ff. rem ra. haberi in ſila. q. An iura ra ſoluere poſſit compenſare.
¶ Tertio ⁊ vltimo rñdetur ꝙ ſm opinio. multoꝝ tale ſtatutū
nō valet ꝓut tenet Iac. but. in. l. i. C. de ſum. tri. ⁊ refert quendam
magnū theologū ita tenere. qꝛ ex quo debent ex curſu temporis
eſt vſura: prout idem tenet in aut. ad hoc. C. de vſuris. ⁊ hāc par-
tem tenent ſtephā. de lignano ⁊ Io. Imo. in cle. i. de vſuris facit ⁊
no. per Barto. in. l. ſi finita. §. iul. ff. de dā. infec. de ſtatuto diſpo-
nente qd miſſus in poſſeſſionem lucretur fructus ſatis equa vi-
detur diſtinctio do. Abb. in. d. c. ſalubriter ꝙ aut ſtatutum diſpo
nit alimenta deberi eo caſu quo de iure communi debētur ⁊ va-
let. aut eo caſu quo non debent. ⁊ tūc ſecus: cū ergo in caſu nřo
ſimus in caſu de quo in iure communi nō deberent: ergo nō poſ
ſumꝰ eſſe in caſu validitatis ſtatuti. ſit ergo cōcluſio qd dicta ali-
menta peti non poſſunt. Laus deo.

¶ Conſilium. clxxxi.

1 ¶ Hoſpitalarii equiparantur tutoribus ⁊ curatoribus.
2 Domini ⁊ communitates habent fundatam intentionem quo
ad res ſitas in eorum territorio.
3 Bona fides preſumitur ex poſſeſſione longiſſima.
tuētes fuiſſent de hoc caſu interrogati qn̄ filii moriētur filia nō
dotata relicta in aſſignatis vt in caſu noſtro idem ſtatuiſſent: igit
idem cōcludēdū eſt ar.tex.cū glo.in.l.tale pactum.in fi ff.de pact.
¶ Sed ad hoc optime rn̄det patronus cauſe q: cū ſtatutū ſit ex
orbitās a regulis iuris cōis cēſendū eſt qđ in caſu nō expreſſo vo
luerint qđ potius remaneat in diſpōne iuris cōis.l.ſi vero.§.de
viro.ff.ſo ma.l.ſi cū dotem.in princ ff.ſolu.ma.q: cenſentur min⁹
voluiſſe ledere ius cōe quem poſſibile ſit.l.pcipimus.C.de appel.
¶ Scđo qđ ſtatutū tantū in caſibus expreſſis excludit:ergo in
aliis nō cenſetur velle excludere.d.l.pcipim⁹.⁊ talis ratio magis
militaret in caſu deciſionis Bal.in.d.l.ſi plures.Et tn̄ cōtrariū
decidit Bal.¶ Preterea ſtatuta excludere ſolent filias dotatas
adeo qđ ſi tpe mortis patris nō eſt dotata ſuccedit vt in cōſilio
dico ſtatutū nr̄m ſ extēdit qn̄ ē dotata ⁊ filiis ⁊ nepotib⁹ idē ſit.
¶ Tertio negat qđ qn̄ ab aliis dotaret idē ſit.l.cum pretor.ff.de
iudi.⁊ in.l.maritus.C.de pcu.q: ſi idem voluiſſet hoc expſſiſſet.l.
ſi.§.finali.C.de cad.tol.imo per argumentum a 𝔠rio ſenſu qđ 𝔠
venire ex tacita mente.l.apud antiquos C de fur.in caſu noſtro
femina admittit ⁊ nō excluditur igitur mēs ſtatuti eſt in 𝔠rium.
¶ Quinto ⁊ vltimo loco adduco qđ infans propter nō dotare
eſt leſus.nam propter nō dotare nō potuit adire.⁊ ſic lꝫ diu viue
ret non eſſet leſus q: poterat dotare ⁊ adire: tn̄ in pūcto mortis
5 pꝑter nō dotare ⁊ morte fuit leſus: † ergo cōpetit ſibi beneficiū
reſtitu.in integrum qđ bn̄ficiū trāſmitti vr̄ ad heredes iuxta id q
no.Bar.in.l.qui duos.ff.de reb.du.⁊ vr̄ tex.in.l.nō ſolum.ff.de in
integ.reſti.⁊ per Barto.⁊ doc.in.l.pātonius.ff.de acq here.⁊ per
Bal.in.l.ſi pupilloꝝ.C.de repu.here.traditur in.l.ſi īfanti.C.de
iure delib.⁊ hoc pluſculū dubitatiōis facere videbat q: alia fun
damenta.𝔠 adducta ſunt cauillationes manifeſte.quatuor mo
dis ſubtiliter ⁊ elegāter rn̄det.d.aduocat⁹.¶ Pmo tenēdo opi
nionē Bal.in.d.l.ſi infanti qđ infans nō tranſmittit beneficiū
reſti.quā ſubtilr̄ defendit ⁊ allegādo etiam ſubtile cōſiliū Areti
ni ī 𝔠ſilio.dci Et q: qđ eſt trita lꝫ dubia nō pſequor.¶ Secūdo
in caſu nr̄o hereditas nō erat delata.⁊ ſic in infante nō ſolū fin
gitur non delata iuxta.d.l.ſi infanti.ſed etiā in veritate nō fuit
delata ex quo deferebat ſub cōditione ſi ſororē dotaret.l.delatā
ff.de ver.ſig.Igitur nō vr̄ tractandū de reſti.in integ.ar.tex.in.d.
l.ſi infanti ſm intellectū Bal.⁊ eius qđ dicit Lud.ro.in.l.panto
nius.ff.de acq.her.non pōt negari quin rn̄ſio ſit dubia ex quo fa
cilitate etatis leditur in pūcto mortis pꝑter qđ nō dotauit ī pre
ritū ar.l.iii.§.⁊ ſi hr̄s.ff.de mino.iunctis no.i.d.l.pātoni⁹.¶ Ter
tio rn̄det qđ nō oꝫ cōcedi cōtra minorē ⁊ infantē ar.l.verū.§.iiē
ff.de mino.¶ Quarto qđ nō fuit intētata reſtō ta integrū q: ſaltē
ꝑponi debuit vel per viā petitionis vel excep iuxta no.in l.nam
⁊ poſtea.§.ſi minor eē ibi no.ff.de iureiu.vbi Bart.⁊ doc.⁊ quia
dominus aduocat⁹ plene loquitur nō pſequor.¶ Sꝫ rn̄deo ali
ter ⁊ eſt vera ⁊ clara rn̄ſio qđ lꝫ infans moriendo tranſmitteret
beneficium reſti.in integrū in terminis de quib⁹ in.d.l.pātoni⁹.
⁊ in.d.l.ſi infanti.tn̄ nō trāſmittit ad excluſionē ſororis ⁊ filie te
ſtatoris in fauorē fratris ipſius teſtatoris rō eſt q: talis trāſmiſ
ſio irregularis nō oꝫ fieri ad patruū in pꝛīudiciū liberorū.⁊ ſic ſi
his.tex.eſt quē ita intelligūt Siſmōdus vicentinus Jac.de are.⁊
Bal.in.l.non pro numero.C ad officia num.⁊ ita tenet florentie
⁊ ita cōiter 𝔠ſulunt aduocati florētini.pꝑterea Bal.in indiui
duo in.d.l.nō p numero in 𝔳.oppono qđ ſumma tur patri vult
qđ filius reſpectu hr̄ditatis materne nō tranſmittat beneficium
reſti.in integrū ad patrem in pꝛeiudicium alterius filii q: ſupeſt p
ſona que excludit equitatē in integrū reſtitutiōis.igit vt dici ſo
liũ nō oꝫ ad patruū trāſmittere ad excluſionē ⁊ hoc ē equū fun
damētū ⁊ verū.¶ Rn̄deo ēt qđ ex ꝗ habebat tutorē qui fuit ne
gligēs in cōſtituendo dotē ad hoc vt totā hereditatē ꝗreret he
res infantis regreſſū habeat cōtra tutorē.⁊ ſic nō trāſmittit bn̄
ficium reſtitutionis prout cōcludūt Bar.Franc.de alberg.⁊ alii
in d.l.ſi infanti.⁊ Bart.in.l.q duos.ff.de re.dub.⁊ Bar.in.l.vni
ca.§.in nouiſſimo.C.de cad.tol.¶ Rn̄deo etiā ſubtilr̄ in termi
nis ſm doc.in.d.l.pantoni⁹.cauſata fuit leſio ī vita q: nō potuit
adiri hereditas in pūcto mortis.l.ſi ff.qn̄ dies leg.ce ced.ſed quia
ad hoc vt beneficium reſtitutiōis traſmittat eſt neceſſe qđ cōpe
tat in vita ⁊ qđ poſſit intentari.l.nō ſolū.𝔠 alle.de in integrū re
ſtitu.tn̄ q: cōpetit de rigore ex quo nō potuit peti nō tranſmitti
tur ſed de equitate.ergo qn̄ nunꝗ in vita cōpetit nō tranſmittit
ſed in caſu noſtro nunꝗ 𝔠petit in vita.iđ nō potuit tranſmitti.
quod non potuit ptꝫ q: nunꝗ in vita fuit ſli⁹ excluſus.nā ſemp
tutor potuit etiam in puncto mortis dotē cōſtituere ſicut de im
plemēto cōditionis ſolutiōis dicit do.Alex.in.l.ſi fili⁹ heres.ff.de
6 lib.⁊ poſthu.† ⁊ ſic in puncto mortis potuit ex potētia ſuitatis

efficī heres.l.ſi.ff.de cōd.inſti.igit ſic nūꝗ in vita fuit leſio perfe
cta.⁊ nō competit reſtō.ergo nec fuit trāſmiſſio.¶ Aliter etiā re
ſpōdeo.⁊ eſt noua rn̄ſio.ſtatutū vult duo copulatiue.ſ.ꝙ fratres
voluerint dotare ⁊ dotauerint.ſed volūtas nō pōt dari in infan
te:q: quicquid videt ignorat.l.i.C.de fal.moneta.⁊ tradit i.d.l.ſi
infanti.⁊ in.l.potuit.C.de iure delib.Igitur non potuit cōditio
ab infante purificari.⁊ iđ dicemus qđ nō trāſmittit ius deliberā
di vt tradit in.d.l.cū antiquiorib⁹.⁊ ſi dicatur quod potuit ipſi
ri voluntate tutoris q: ſcientia ⁊ volūtas tutoris cēſetur ſciētia
⁊ voluntas pupilli.⁊ ſic trāſmittit ius deliberandi vt concludit
Bar.in.d.l.qui duos.⁊ Bar.⁊ doc.in.d.l.ſi infanti.Reſpōdeo qđ
talis fictio qđ volūtas tutoris cenſeat voluntas infantis induci
nō oꝫ ad excluſionē ſororis qđ iura reputa nt iniquū vt in.l.ma
7 ximus.C.de lib.prete.† ⁊ ſic cum ceſſet equitas ceſſit fictio:vt per
Bar.in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca p.ſi ergo nō poterat cō
ditio purificari igitur viſum eſt iure cōi ⁊ nō eſt leſus ⁊ ſic non cō
petit reſtitutio.l.nō videtur.C.de in integ.reſti.ti.generali.¶ Ex
quibus cōcludit qđ nō obſtant fundamēta que ſunt reſpectu he
reditatis paterne.¶ Sed aduerſarii cōtra aliā concluſionem in
cōſilio aliis reddito firmatā reſpectu hereditatis fratris dicūt ſo
8 rorem ⁊ matrē excludi a patruo plurib⁹ rationibus ¶ † Primo
ex capite incluſiuo ſtatuti poſiti ſub rubrica q ſuccedere debeāt
ab inteſtato.in quo vocantur agnati maſculi vſꝗ ad quartū gra
dum.igitur ſunt excluſe agnate femine:q: vnius incluſio alteri⁹
eſt excluſio.l.maritus.C.de pcu.l.cum pretor.ff.de iudi.Barth.in
ſpecie in.l.ii.§.videndū ff.ad tertul.Scđo q: ſtatutū dicit quod
agnatis maſculis deficientibus ſuccedere debeāt agnate femine.
igitur primo maſculi ſcđo femine maſculis deficientibus cēſent
vocate.Ad hoc tex.in.c.i.de eo qui ſibi ⁊ heredibus ſuis maſculis
facit no.per bar.in.l.vt iuriſiurādi.§.ſi liberi.ff.de ope.liber.⁊ p
Bal.in aut.ſi quas ruinas C.de ſac.ſan.ec.cū multis ſi.
¶ Tertio q: ſtatutū dicit agnatis maſculis deficientibus ſucce
dere debeant agnate.ergo a contrario ſenſu maſculis extantib⁹
nō debēt ſuccedere qđ argumētum in caſu noſtro ſumi pōt:vt pꝫ
ex no.p Cy.⁊ Bal in.l.cōuenticulam.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ qđ Bald.⁊
Mod.late in.l.ſi cum dotem.in prin.ff.ſo.ma.⁊ Pau.de ca.cōſi
lio.cccclix.⁊ Petr.de ancha.in.c.i.de conſtitutio in vi chartas.
¶ Quarto q: rubrica generaliter loquit qui ſuccedere debeāt ab
inteſtato ⁊ in nigro excludi vident alii cognati Et ſic ſtatutum
generaliter excludit cognatos.⁊ p 𝔠ns verificari poteſt i cognatis
feminis ⁊ nō cognati in allegat conſiliū Pau.de caſt.in ſimili in
ſuo cōſi.cccxviii.Ad idē no.p Pau.de ca.cōſi.clxx ¶ Quinto ⁊
vltimo q: deducta in cōſiliis p no per Bar.in l.i.§.filium ff.de cō
tra tab.⁊ p Bal.in.l.ſi quis filiū.C.de inof.teſt.⁊ doc.in.l.illā.C.de
colla.locū habēt qn̄ agnati ponunt in 𝔠ditiōe ad excluſionē ma
tris licet aliter videant includi.Secus quādo agnati ſunt expſſe
vocati.⁊ in caſu.q: tunc eoꝝ incluſio agnatoꝝ eſt excluſio.l.cum
pretor.ff.de iudi.⁊ ad hoc qđ no.Bal.in.d.l.ſi quis filiū.⁊ quod not.
Bal.in.l.ſi defunctus.C.de ſuis ⁊ legi.⁊ in.l.maximū vitium.per
Bal.C.de lib prete.Et iſta deducunt in effectu lꝫ lati⁹ ⁊ copioſi⁹.
¶ Quibus tn̄ nō obſtātib⁹ adhuc puto cōcluſionē in cōſilio fir
matā veriorē eſſe.Et pro fundamēto pmitto qđ iſta hꝫ fundatā
intētionē de iure cōi.vt i aut.fratres C.de legi.here.⁊ l corpore vbi
ſumit.Et ad primā rōnē in cōtrarium allegatam rn̄deo prout in
cōſilio reſpōdi.¶ Primo verum eſt qđ ex capite incluſiuo exclu
duntur oēs perſone nō incluſe ꝗ veniūt mediāte perſona excluſa
vt in caſu noſtro mediāte matre ⁊ cōiūctis p lineā maternā ⁊ me
diātib⁹ cognatis nō aūt excludunt perſone ꝗ veniūt ſuo iure vt
ſoror ꝗ eſt agnata:ita rn̄det collegiū perūſinū prout refert ⁊ ſequit
Pe.de anc.in repe.capituli canonū ſtatuta.de 𝔠ſti ¶ Secundo
rn̄det ꝙ viuēte matre oēs cognati vident excludi ſm Bald.in.d.
l.illā ⁊ nō agnate femine q: nō ſunt ſimiles matri ⁊ cognatis ex
cluſis in ſtatuto.nam per expreſſionem matris ⁊ cognatoꝝ datur
intelligi qđ per incluſionē cognatorū maſculorum nō excludun
tur agnate que ſunt diuerſe ſpeciei.ſicut dicim⁹ i.l.ſina.§.cui dul
cia.ff.de vi.tri.⁊ oleo lega.⁊ l.c.ſedes.de reſcrip.⁊ ita colligitur de
mente barto.in.l.i.§.pe.ff.de cōtra tab.prout latius in conſilio de
duxi.⁊ eſt clara ⁊ vera rn̄ſio.¶ Tertio reſpondetur qđ ſtatutum
in prima parte in capite incluſiuo ¶ Primo declarat quas per
ſonas vult includi.¶ Secūdo quas perſonas vult excludi.vñ p
expreſſionem matris cōiunctoꝝ per lineam maternā ⁊ cognato
rum apparet qđ noluit agnatas excludi.l.cum pretor.ff.de iudi.
vnde nō eſt fienda extenſio de perſona ad perſonam que nō ſit cō
iuncta mediantibus perſonis excluſis.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut.
ma.⁊ tradunt plene bald.⁊ alii in.d.l.illā ſi enim voluiſſet ſtatu
tum agnatam excludi vtiꝗ expreſſiſſet ſicut de aliis multis expſſ
9 ſit l.vnica.§.finali ad deficiētis.C.de cad.tol.† Et pro certo ſom
nium eſt non paruū dicere qđ in illis verbis ⁊ aliis cognatis in
cluduntur agnate femine que ſunt etiam cognate.
¶ Primo quia cū diceris de cognatis proprie ⁊ in ſpecie dictio

alijs includit ſimilia expreſſis. l. ſi. §. cui dulcia. ſ. allega. ⁊ per glo. in. l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugi. ¶ Scdo qꝛ verba ſunt intelligēda ſimpliciter ⁊ p pri⁹ nō ſm aliquid ⁊ per poſterius. l. hoc legatū. ff. de le. ij. tradūt doc. in ſimili materia. ⁊ in. l. j. ff. de ſucceſ. edic. ergo in telligi debēt de cognatis qui ſunt cognati: ita qḋ non agnati. ¶ Tertio qꝛ ſtatutū ſpdictū qñ voluit facere mentionē de agnatis maſculis ſiue femininis vocat agnatos maſculos ⁊ agnatas feminas vnde ex precedētibus ⁊ ſequētibus declaratur intētio ſtatuti. l. qui filiabus. in prin. ⁊ l. ſi ſeruus plurium. in ſi. ff. de leg. primo. ¶ Quarto qꝛ ſtatutū multum operaꝛ qꝛ per excluſionē matris tñ erāt excluſi cognati cōiuncti mediāte pſona matris ⁊ nō alij ſm Bal. ⁊ alios in. l. illā. vnde ſtatutū voluit qḋ etiam alij cognati ſint excluſi. Non eſt ergo ſtatutū extēdēdū etiam ad agnatas ⁊ maxime ad ſorores. ar. no. per barto. in. d. l. j. §. ſic ergo. ſi intelligamus verbū cognatis in genere tunc ſic loqueret etiā de cognatis maſculis: cū illa verba ⁊ alios cognatos pariter includāt
10 ⁊ maſculos ⁊ feminas. † ⁊ ſic ſtatutū contineret repugnātiā qḋ nō eſt dicendum. l. j. C. de in offi. dotibus. cū expediat. de elec. ⁊ in eodē ſtatuto. ar. l. ſcripture. C. de fide inſtru. ⁊ c. periculoſe. de penitē. diſt. j. nō omitto qḋ ſtatuta ⁊ doc. qñ loquūtur de cognatis ſemper intelligūt de illis qui non ſunt agnati. ex quibus concluditꝛ qḋ ex prima parte ſtatuti ⁊ ex capite incluſiuo nō ſunt excluſe ſorores. ⁊ hoc eſt clariſſimū. ad ſcḋam rationē reſpōdet patron⁹ cauſe ſubtiliter ⁊ copioſe cuius reſpōſiones nō repeto. rñdeo etiam qḋ qñ ſtipulor feudū mihi ⁊ heredib⁹ maſculis ⁊ feminis licet de virtute ſermonis femine admitti deberēt ſicut maſculi vt tradunt docto. in. l. gallus. §. quidem recte. ff. de lib. ⁊ poſthu. et propter hoc dicit text. in. d. c. j. de eo qui ſibi ⁊ heredibus ſuis maſculis qḋ fuit diu diſputatū an femine comprehēderent ſimul. ⁊ deciditur qḋ in materia feudoꝝ femine non ſuccedant exiſtētib⁹ maſculis: ideo admittuntur eis deficiētibus. ⁊ idem dicimus in emphyteoſi qñ eſt ſtatutū in loco quod exiſtētib⁹ maſculis femine nō ſuccedāt vt per bar. in. l. iuriſiurādi. §. ſi liberi. ff. de operis libertorum. ¶ Sed in materia de qua agimus ſuccedunt agnate femine ſicut agnati maſculi. vnde ſubiecta materia nō operatur idem ⁊ verba ſtatuti nō excludunt niſi per argumentum a cōtrario ſenſu qḋ nō ſumi debeat ⁊ qño forte dicetur. ¶ Reſpondeo ⁊ aliter tres ſunt caſus diuerſi. ¶ Primus qño mater excludaꝛ ob agnatis maſculis. ⁊ hoc determinatur in prima parte ſtatuti. ¶ Secūdus caſus eſt qño mater excludatur ob agnatis femininis ⁊ hic determinaꝛ in ſcḋa parte ſtatuti. ¶ Tertius caſus eſt an ⁊ qño agnati maſculi excludūt agnatas feminas ⁊ hoc non determinaꝛ in ſtatuto niſi qḋ preferanꝛ in excluſione matris. ergo hic caſus remanet in diſpōne iuris cōis. l. ſi cum dotem. in princip. ff.
11 ſo. ma. ⁊ l. l. ſi vero. §. de viro. eo. ti. Nō obſtat tertia ratio † qꝛ imo excluduntur per argumentum a cōtrario ſenſu qꝛ ad hoc multū ſubtiliter rñdet patronus cauſe. ⁊ multū placet rñſio qḋ regulariter ad iuris antiqui correctionē nō dꝫ ſumi prout eſt gl. obiter approbata in. c. capitteꝛ. §. qḋ ſi per. ex. de elec. li. vj. ⁊ eſt glo. iuris ciuilis in. l. vt liberis. in ver. nec lex vetat. C. de colla. quem ibi ad hoc ponderant Ful. ⁊ Moderni. verum eſt qḋ in qōne poſita per Cy. ⁊ bald. in. d. l. conuenticulam. ſumitur qꝛ ſtatutum nihil operatur ſi non ſumeretur. ⁊ hoc eſt fundamentū illi⁹ deciſionis: qꝛ ſi ſtatutum dicit nō exiſtentibus filijs maſculis filie femine ſuccedāt hoc eēt ē de iure cōi. igiꝛ nihil operaꝛ niſi dicam⁹ a ꝯtrario: ergo filijs exiſtētibus non deberet ſuccedere. ſed in caſu noſtro in multis operatur vltra ius cōe vt pꝫ in pma parte ſtatuti ⁊ etiā i ſcḋa. igitur ceſſat rō deciſionis: ergo ceſſare dꝫ. l. adigere. §. quā uis. de iurepa. Jtē cū nō ſimus in caſu exceptuato qñdo nihil operaretur ſtare debemus regule vt in. l. j. ff. de reg. iur. Jmo ſtatutum in verbis expreſſis a quibus volumus ſumere argumentū multū operaꝛ dum dicit qḋ deficiētib⁹ maſculis mater excludaꝛ in aliqua parte que non excludiꝛ niſi a ſorore vtriuſqꝫ coniuncta vt in aut. defuncto. C. ad ter. igitur p tacitos intellectus argumen-
12 do a ꝯtrario ſenſu nō dꝫ induci correctio. ¶ † Quinimo forti⁹ qñ ſtatutū in aliqua parte operaꝛ nō debet extendi. vt p do. Ant. ⁊ Jmo. in. c. cauſam. §. de reſcrip. ¶ Sed rñdeo ēt ⁊ aliter qḋ etiā capiendo argumentum a cōtrario ſenſu aduerſarij nō hēbēt intētū. nā in caſu Cy. ⁊ Bal. dum dr nō exiſtētib⁹ filijs maſculis filie femine ſuccedāt a ꝯtrio ſumitur. ergo extantibus filijs maſculis femine nō ſuccedāt. ⁊ ſic ſumiꝛ argumentū reſpectu totius orationis ⁊ deciſionis. ſumamus ergo hic argumentū a ꝯtrio dꝫ qḋ agnatis maſculis deficientibus agnate per dimidiam ⁊ mater p dimidia ſuccedat. capiēdo ergo argumētū a ꝯtrio ſēſu dici dꝫ qḋ agnatis maſculis non deficiētib⁹ agnate nō ſuccedāt ſimul cū matre pro dimidia vt dictū eſt. quālr aūt tūc ſuccedat nec in prima parte determinaꝛ nec in ſcḋa parte ſtatuti. igiꝛ eſt caſus omiſſus ⁊ remanet in diſpoſitione iuris cōis. d. l. ſi vero. §. de viro. prout in ſimili materia arguunt collegium perուſinū ⁊ Joan. de Jmol. cōſulēdo prout refert do. Alex. in. d. l. illā. ⁊ eſt clare reſpōſio. Ex quibus pꝫ ſolutio ad quartū qꝛ iu filijs ⁊ alijs cognatis nullo modo ſcludi dñe agnate femine vt. ſ. declaratū fuit nec rubrica aliquid operaꝛ qꝛ nō loquiꝛ diſpoſitiue prout l ꝯſilio dñi Pauli ſed enūciatiue quo caſu nō dꝫ arg. de quo late p do. Alerā. l. l. ff. ſi cer. pet. nō ob. vltima ratio qꝛ etiā ad illā optime reſpōdet dñs patronus cauſe. nam Bar. quem doc. ſequūtur in. l. ij. §. videndū. ff. ad tertul. vult qḋ etiā ſi ſtatutū dicat ſtātibus filijs femine non ſuccedāt ſtatutū dꝫ habere caput incluſiuum maſculorū ac ſi maſculi eſſent expreſſe incluſi. ⁊ ideo Bal. l. l. ſi defunctus. C. de ſuis ⁊ legi. dū facit ꝯſideratio. quā faciūt aduerſarij dicit qḋ dicta cōſide. eſt doctri. Bar. ⁊ ſic dicit qḋ ſꝫ doc. bar. ēt ſi nō ſunt expſſe incluſi ſunt duo precepta ⁊ incluſiuum ⁊ excluſiuū ⁊ ſic recedit a ſua opi. de trāſeundo cū opi. Bar. in. d. §. videndū. ⁊ ſic bar. me: qui tenuit dictā opi. in. l. j. §. pe. de ꝯtra tab. eꝫ qḋ caput incluſiuum non operatur niſi proue. ſ. declaratū fuit ⁊ ita volunt ceteri doc. ſequētes Bar. minuſqꝫ obſtat qḋ dicit bal. in. l. ſi qs filiū qꝛ ſi contrarium diceret eius cōſideratio eſſet cōtra cōē opi. barto. ⁊ doc. prout aduerti bal. in. d. l. ſi defunctus. ſꝫ hoc nō dicit imo in caſu noſtro dicit ꝯtrium qḋ qñ nō ſumus in caſu prouiſo a ſtatuto caput incluſiuū nō operaꝛ. vnde cū ſtatutū loqueretꝛ qḋ ſtātibus fratrib⁹ ſoror excluderetur vult qḋ qñ extant mater ſoror ⁊ frater ſoror nō excludaꝛ a fratre. ar. d. l. ſi cū dotē. ⁊ ita eſt caſus noſter qꝛ primo ſtatutū loquiꝛ qñ non extāt agnati maſculi. qñ extārēt mater agnati maſculi qui matrē excludūt ⁊ ſoror que nō reperitur excluſa quid iuris ⁊ qño ſuccedāt ſtatutū non determinat. ergo caput incluſiuū nihil operaꝛ. ⁊ ſic bal. decidit p nobis. ¶ Preterea lꝫ bal. contrarium decidat tñ doc. cōiter in. d. l. illā. ſequētes bar. in. d. §. videndū. voluit qḋ ſtatutū habeat duo capita. ſ. incluſiuū ⁊ excluſiuū. ⁊ tñ tenēt opi. de q. ſ. ſ. qḋ ſoror vel amita non excludaꝛ lꝫ mater ⁊ cognati excludanꝛ vt pꝫ ex his ꝗ late ponit do. Alex. in. d. l. illā. ⁊ in conſilio latius dixi. vnde parū curandū eſſet de opi. bal. maxime cū in hac materia vario mō locutus fuerit vt pꝫ ex his ꝗ ponit in. d. l. ſi qs filium. ⁊ in. d. l. illā. ⁊ in. d. l. ſi defunctus. ⁊ in. l. ſi quis vel ſi qua. C. ad tertul. ¶ Ex qb⁹ omnibus ⁊ alijs deductis in primo conſilio ⁊ in binis allegationibus patroni cauſe qui oia ſubtiliter ⁊ elegāter conſiderauit arbitror dictā filiam ſuccedere patri in portione ſua ⁊ demū fratri excluſo patruo ſuo ⁊ fratre ſuo ⁊ ſic ff teſtatoris. Laus deo ⁊c.

¶ In hoc conſilio continetur.

¶ Primo an reſponſio rei facta poſitionib⁹ dicēdo credo factā eſſe vēditionē videlꝫ certis capitulis ⁊ pactis declaratis poſtea in ſuis exceptionibus tantum continentibus vnum capitulum poſſit pro parte negari ⁊ pro parte acceptari per actorē ex quo ex ea vult ſe fundare. ¶ Secundo ex quibus preſumitur emptio ⁊ ad probationem ipſius que requirantur. ¶ Tertio in quibus rebus eccleſie requiritur ſolennitas in alienando. ⁊ ex quibus preſumitur dicta ſolennitas. ¶ Quarto an in contractu cenſuali per alienationem quis recedat a iure ſuo. ¶ Quinto contra exceptionem rei non libere tradite appoſitam per emptorem quo remedio ſuccurratur venditori ad eius euitationem.

¶ Conſilium. ccviij.

1 ¶ Emptio ⁊ venditio ex quibus preſumanꝛ ⁊ qño probentur.
2 Libri gabellariorum an probent.
3 Solennitas in quibus rebus eccleſie alienandis requiratur.
4 Exceptio rei non libere tradite quando obſtet.
5 Contractus cenſualis quis dicatur.

Dominus labia mea apiat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectū. ¶ Viſis actis ⁊ actitatis inter Antoniū ⁊ ſeuerū ex vna parte ⁊ baptiſtam ⁊ Laurentium ex alia parte oēs de ciuitate fauentie ⁊ allegationib⁹ factis vtrinqꝫ p dños aduocatos ieē literis trāſmiſſis p inſignē doctorem dñm Papinianū de albicellis vicariū generalem illuſtriſſimi dñi Fauentini petentē a me conſiliū quemā debeāt eē partes eius g in cā appellationis habet iudicare. vñ volens eius petitioni iuxta iudicij mei facultatem ſatiſfacere lꝫ multa p aduocatos allegant pſequar ea que mihi neceſſaria eē videbantur. ⁊ qñ ſuper libello actoris coram iudicium fundaꝛ. l. edita. cū materia. C. de edē. Capio petitionem Baptiſte ⁊ Laurētij in qua narrant venditio. cuiuſdam domus quorundam coriorum ⁊ certe quātitatis mortelle factam Antonio ⁊ ſeuero p pretio librarum bono. ccccxvj. ⁊ ſol. v. prout de pretio cuiuſlibet rei latius in petitione continetur. item narrant quod Antoni⁹ ⁊ ſeuerus ſoluerunt libras bono. ccvj. ⁊ qḋ incontinenti debebāt ſoluere libras. ccc. ⁊ poſtea in feſto omnium ſanctorum dimidiā reſidui ⁊ in paſchate reſurrectionis aliam dimidiā prout latius in libello declaratur. demū in libello concludiꝛ qḋ Antonius ⁊

Seuerus cōdēnent ad libras.lxij.ſoldi.xij.dinari.vi bono.ꝛ ꝑ me
dietate reſidui dicti ꝑcij ꝛ l libras.xcij.ſoldi.xij.bono . ꝑ reſiduo
dictaꝝ librarum.ccc.ꝛ ꝯtr ꝯ quolibet petitur dimidia.l.reos .§.cū
in tabulis.ff.de duob.re.ꝛ in.l.i.C.ſi plures vna ſententia ꝛ qꝛ va-
riarūt Antonius ꝛ Seuerus i coꝝ reſpōſionib⁹ ad poſitionē ꝛ
confeſſionib⁹ idcirco prius circa perſonā ſeueri diſcutiemus qd
iuris.deinum reſpectu pſone Antonij qꝛ vt ex.ſ.dicēdis appare-
bit aliter ꝛ aliter in perſona Antonij ꝛ Seueri reſpondendū eſt.
¶ Capiendo igitur perſonam Seueri circa quā arbitror partes
domini iudicantis eſſe in pronunciando bene appellatū ꝛ male
iudicatū. Iſta cōcluſio ꝓbatur.nā actore non probante reus ab
ſoluitur.l.qui accuſare.C.de eden.c.cū eccleſia ſutrina.de cā poſ.
ꝛ proprieta. Sed in caſu noſtro actores nō ꝓbāt eoꝝ intentionē
cōtra Seuerū igitur dictus Seuerus venit abſoluēdus. qḋ aūt
non ꝓbetur intentionem actorum cōtra Seuerū oſtēdit. Naꝫ ex
trib⁹ tm̄ poſſunt oſtēdere actores ſe ꝓbaſſe intentionem ſuam.
¶ Primo ex rñſione Seueri facta poſitionibus factis ſecundo
loco in cā principali in quib⁹ ponit qḋ Seuerus pluries confeſ
ſus fuit quod volebat dictā vēditionē ratificare ꝛ qḋ eā ratifica-
uit qbus poſitionibus ipſe rñdit qḋ credit cum illis capitulis ꝛ
pactis dictenus ſibi relatis per Antoniū eius ſociū.ꝛ licet in re
ſpōſione nō declaret q̄ fuerint illa capitula ꝛ pacta hoc declarat
in exceptionib⁹.ſ.qḋ fratres cōſentirēt qḋ haberēt aditū ꝑ cemi-
teriū.itē qḋ poſſent ſe ꝑ cemiterio extendere coria ꝛc.ex quib⁹ ex
ceptionibus declarat intentio rñdentis iuxta no.in.l.ſi quis intē
tione ambigua.ff.de iudi.qḋ etiam clarius declarat in poſitioni
bus factis in cauſa appellationis per dictos Antoniuꝫ ꝛ Seue
rum.ex qbus inferendo ad ꝓpoſitū concludo qḋ cū dicta reſpō
ſio Seueri nō cōtineat niſi vnum capitulum nō poſſunt actores
ꝑ parte acceptare:ſꝫ aut debeat in totū reſpōſionē negare ꝛ reij-
cere vel in totū acceptare vt ꝯcludit Bar.l.l.aurelius.§.idē q̄ſiit
ff.de lib.leg.ꝛ Bar.in.l.ſi quidē.C.de excep.ꝛ do. Ant. Car.ꝛ Jo.
de imo.in.c.bone.el.ij.extra de poſtu.prela.cum multis ſimilibus
ſi ergo in totū reijciūt nulla venditio eſt ꝓbata per dictā cōfeſſi
onem quam pars impugnat iuxta no.per Bar.in.l. poſt legatū
ff.de his qui.vt indig.ſi totam acceptāt ſuccūbunt quia in tēnata
eſt venditio pura ꝛ ꝓbata eſt modalis per tex.in.c.cum Joānes
eremita extra de fide inſtr. Item ex quo oppoſitū eſt modo non
impleto nō poteſt ſeuerus condemnari ex quo modus nō eſt im
pletus.l.tul.§.offerri.ff.de act.emp.ꝛ no. Bar.in l.quibus diebus
§.termilius.ff.de cōdi.ꝛ demon.ꝛ Bal.in.l.titia.ff.ſo.ma.facit.l.
cum proponas.la.ij.cum materia.C.de pact.
¶ Secūdo poſſunt deducere intentionē eorū probatā actores ꝑ
teſtes examinatos vcꝫ Mattheum ꝛ Petrum qui probant qḋ
Anto.ꝛ Seue.ſoluerunt florenos.l.ꝑ parte pretii venditiōis di-
ctarum rerum licet primus dicat qḋ nō vidit Seuerum numera
1 re.ſed ad hoc fundamentū rñdēdet ꝙ †ad hoc vt emptio ꝛ ven
ditio ꝓbentur dꝫ certū pretiū probari.inſti.de emp.ꝛ vendi.§.p̄-
tium.ꝛ in.l.ſi volūtate.C.de reſcin.ven.ſed in caſu noſtro teſtes ni
hil deponunt qḋ fuerit pretium certum dicte venditionis igit
ꝓbatio eſt imperfecta.vñ dicūt Ja.de ra.ꝛ Ray.in.l.i.C.de cōtra
hen.ꝛ cōmit.ſtipu.qḋ ſi ꝓducit inſtrumentū emptionis facte ꝑ
titium a tali ꝑlato de tali re ſi in tali inſtro non continet certum
pretium per tale inſtrm̄ nō probabit emptio.non enim preſume
retur venditio facta fuiſſe ꝑ iuſto pretio ſeu pro aliquo determi
nato pretio. Nam ſolēnitas pretij que eſt materialis ꝛ non vniſor
mis non preſumitur.vt in.d.§.pretium.nec eſt idem quod in ſolē
nitate formali ve no. Bar.in.l.ſciendū.in prin.ff.de verb.obli. Et
poſito qḋ qñ ꝓbatio per inſtrumentū vel teſtes produceretur in
qua conſtare videt de vendi.ꝛ non de certo pretio produceret cō
tra tertium poſſet eſſe dubium an tali probationi eſſet ſtanduꝫ
iuxta no.p Cy. l .d.l.i.C.de ꝯtrahen.ꝛ cōmit.ſtipu.ꝛ per Bart.in.l.i.
C.de reb alie.nō alie.quaſi ille cōtra quē ꝓduceret opponeret de
iure tertij:tñ qñ ꝓducit ꝯtra vēditorē vel emptorē tunc nemo ne
gat quin oporteat eſſe probatum de certo pretio vt cōpetat actio
ꝛ ita in ſpecie decidit do. Raph.cu.in.d.l.ſciendū.ꝛ Ful.ꝛ Pau.
de ca.in.d.l.ſi duo patroni.§.ſi qs iurauerit.ff. de iureiu.ꝛ de mē
te Ray.in.d.l.i.C.de cōtrah.ꝛ cōmit.ſtipu.idem tenet Lud.ro.in
l.titia.ff.ſo.ma.vbi dicit qḋ cum venditio perficiat ex trib⁹ ex cō-
uentione re certa ꝛ pretio certo omnia ſunt copulatiue probāda
alias venditio non ꝓbatur ſi deficiāt probatio in vno.cū ergo
in caſu noſtro teſtes ſpecifice non deponant de certo pretio nec
de conuentione vendi.ꝛ de quibus rebus concluditur quod ven
ditio non dicitur ſufficienter probata reſpectu dicti ſeueri.
2 ¶ †Tertio ex libris gabellorum quibus denunciantur vendi-
tiones quibus vꝫ fides adhibēda iuxta no.in aut.ad hoc.C.de ſi
de inſt.ꝛ no.bar.in.l.quedam .§.nummularios in ſi.ff.de edendo.
¶ Sed ad hoc faciliter rñdet qḋ ꝓbant i bis q̄ pertinēt ad eoꝝ
officiū ꝛ nō vltra puta qḋ fuit denūciatū. Itē qḋ ſoluta fuerit ga
bella ꝛ ſilia nō q̄ ad alia q̄ nō ptinēt ad eoꝝ officiū ꝛ ſic nō ꝓbāt
venditionem inter priuatos.vt declarant Ange.Pau.de caſt.ꝛ
Moder.in.d.§.nūmularios.ꝛ Bal.ꝛ Saly.in .l.exēplo.C.de pro
ba.ꝛ Paul.de caſt.in.d.aut.ad hoc.facit qḋ no.Bald.per illum
tex.in.l.ſi pſ.C.de act.emp.ꝛ Bal.l.l.quidā in ſuo.ff.de ꝯdi.inſti.
ꝛ qḋ no.in.l.ij.C.de cōuen.fiſci debi.li.x.cū ſi. ¶ Ex quibus cōclu-
ditur qḋ cū nō ſit ꝓbata intētio actoꝝ ꝯtra ſeuerū ſeuerus eſt ab
ſoluendus a dicta petitiōe.ꝛ hec quod ad pſonā ſeueri. ¶ Circa
perſonā Antonij ꝑ fundamento ꝑmitto qḋ dict⁹ Ant.vēditio-
nem fatetur ꝛ certuꝫ pretiū prout ponitur per ipſos actores veꝝ
eſt qḋ circa modū ꝛ tp̄s ſolutiōis variat qꝛ confitet ꝙ.cc.libre ſol
ui debebāt incōtinētī ꝛ medietas reſidui in feſto oīum ſanctoꝝ
ꝛ alia medietas in paſcate reſurrectionis.vnde contra eū acto-
res habēt actionē fundatā ex ſua cōfeſſione.vnica.C.de confeſſis.
ꝛ in.l.i.ꝛ.ij.ff.de cōfeſſis.l.perinde.§.notādū.ff.ad.l.aquil.l.gene-
raliter.C.de nō nu.pe.cū ſi. Quapropter vidēdū eſt an defenſiōes
rei ſint ſufficientes.ꝛ i effectu duas reperio defenſiones deductas
ꝛ probatas ſup qbus eſt aliqualiter inſiſtēdū qꝛ alie non obſtant.
¶ Prima defenſio eſt ꝙ dicta domus vꝛ eſſe eccleſie ex quo loc⁹
vbi edificata eſt iam fuit eccleſie ꝛ alienatus ſine debitis ſolēnita-
tibus.vnde cū edificium cedat ſolo:vt inſti.de rerum diui.§.ex di
3 uerſo videt qḋ dom⁹ dicat eſſe eccleſie. Qḋ †aūt fuerit alienat⁹ ſi
ne debitis ſolēnitatib⁹ pꝫ qꝛ non interuenit autoritas ſuperio-
ris vt in.c.ſine exceptione.xij.q.ij.nec vꝛ ꝓbari debita tractatio
nes iuxta no.p Spec. Jo.an.in ti.de loca.§.ſequit.ver.itē qḋ di-
cit.ꝛ qꝛ ſup hoc plura ſcribunt ꝑ aduocatos Antonij ꝛ ſeueri re
fero me ad eoꝝ allegationes in hoc. ¶ Ex quib⁹ inferendo ad ꝓ
poſitum cum venditor de natura cōtract⁹ vēditiōis teneatur tra-
dere rem liberā ꝛ vacuā:vt probat in.l.i.in ſi.cū ſeq.ꝛ in.l.in ven-
ditiōe.ff.de act.emp.ꝛ res apparet aliena q̄ euinci pōt non dicit
tradi libera p ea q̄ plene ponit Bar.in.l.meui⁹.§.fūdo.in.pe.q.ff.
de leg.ij.ꝛ eſt tex.in.l.ſup fundo.C.de trāſac.per quē dicit ibi bar.
de ſaly.qḋ res q̄ in totū vel pro parte apparet aliena nō dicit tra
4 di libera.ꝛ ſequitur ꝙ †obſtare vꝛ exceptio rei nō libere tradite.
l.ex ꝓdīis.ꝛ ibi Bal.in.l.querere.C.de euic.ꝛ ꝯtr qḋ nō poſſit em-
ptor ad ꝓciū cōdēnari.ꝛ in hoc vt percipio factū fuit magnū fun
damentū. ¶ Sed ad hoc fundamentū reſpōdet in primis quod
dicta terra alienata per dictam eccleſiam erat parua res ꝛ nulli⁹
vtilitatis vt probat ex proceſſu maxime ꝑ teſtes Antonij ꝛ Seue
ri ſup interrogatoriis ptis aduerſe.in talibus autē paruis rebus
ꝛ infructuoſis talis ſolēnitas nō requirit vt in.c.terrulas.xij.q.ij.
ꝛ no.gl.in ſumma.eadē cauſa ꝛ qōnē.ꝛ tꝫ gl.in.c.abbatib⁹.eadeꝫ
cauſa ꝛ qōne.ꝛ tꝫ Hoſt.in ſum.de his q̄ ſiūt a prela.ꝛ Inno.ꝛ do.
Anto.poſt gl.in.c.i.eo.ti.ꝛ Bal.ꝛ Saly.in aut.hoc ius porrectū.
C.de ſac.ſan.ec.ꝛ Jo de imo.in.c.vt ſup.de reb.ec.nō alie.ꝛ Jo.de
imo.in.c.i.de his q̄ ſiunt a maio.pte capituli.ꝛ ſic defectus ſolen-
nitatis nō facit qḋ dicta alienatio fuerit nulla. ¶ Rñdet ſcḋo q̄
ex quo poſtea lōgo tp̄e Baptiſta ꝛ eius autores poſſederunt di-
ctū terrenum edificatis domū ſcientibus ꝛ patientib⁹ dictis reli
gioſis ꝓſumitur oēs ſolēnitates a iure requiſitas interueniſſe:vt
cōcludit do.Ant.in.c.cū noſcitur.de his q̄ ſiunt a ꝑla.ꝛ Hoſti.ꝛ
aliī in.c.illō.de preſcri.ꝛ in.c.Albe.de teſti.ꝛ Ange. Imol.ꝛ alij in
l.qui aliena.in prin.ff.de acq.he.ꝛ eſt bonus tex.ꝛ ibi Ange.in.l.
filius.C.de pet.he.ꝛ tenēt cōiter mod.in.l.ſciendū.ff.de verb.obli.
ꝛ ita alias cōſultū fuit ꝑ doctiſſimos viros ꝛ obtētū.ꝛ qꝛ he due
reſponſiones ſufficiunt alias omitto. Nec ob.qḋ allegat qḋ facta
eſt venditio irrequiſitis fratribus.ꝛ ſic quod Baptiſta ꝛ Laurē-
tius ceciderūt ipſo iure a iure ipſoꝝ per tex.cū ibi no.in.l.ſi.C.de
5 iure ēphy.ꝛ in.c.potuit.de loca.qm̄ ad hoc rñdet ꝙ †hic nō eſt cō
tractus emphyteoticus ſed cenſualis ex quo trāſlatū eſt domini
um iuxta no.per gl.ꝛ doc.in.c.conſtitutus.de reli.do.ꝛ per Bar.
in.l.i.ff.de publi. ꝛ ponit Joan. de imo.in.c.ad audientiam.in.ij.
col.de reb.ec.non alie. Sed in contractu cenſuali per alienationē
quis nō cadit a iure ſuo qḋ pꝫ qꝛ non ſoluendo canonem qḋ idē
eſt nō cadit:vt no.gl.in.d.c.conſtitutus.ꝛ tamen hi duo caſus po
nunt a pari non ſoluere canonē ꝛ alienare in.d.c.potuit.ergo ea-
dē dꝫ eſſe iuris diſpoſitio.ꝛ hoc ſentit Joan.de imo in.c.ad audiē
tiā.vbi dicit illā glo.no.ad limitatio.d.c.potuit.ꝛ hoc argumēto
in ſimili vtitur etiam Saly.perificādo iſta duo in.l.ſi.C.de iure
emphy. ¶ Preterea ꝛ ſcḋo reſpondeo qḋ cadit ēphyteota dato
qḋ eſſet emphyteota ſi dominus vult vt dicunt doc.in.d.l.ſi.ꝛ in
d.c.potuit.ergo ex quo non eſt ius tertij excluſiuum iuris agētis
niſi dominus voluerit nō poſſunt rei de tali iure tertij opponere
iuxta no.per Barto.in.d.l.ij.de excep.ꝛ per Bal.in.l.cum ſeruus
quiſpiam.C.de ſer.fugi. ¶ Scḋa defenſio eſſe poteſt quia ex quo
mota eſt queſtio ante ſolutionē pretij dicitur euictio; imminere in
limine contractus.ꝛ ideo obſtat exceptio rei non libere tradite ꝛ
non tenetur emptor ad pretij ſolutionem.caſus eſt in.l.pe.§.ſi.ff.
de pericu.ꝛ commo.rei vendi.vnde actores timētes de fraude iter
poſite ꝛ captate controuerſie poterant dare iuramentum purga
tionis ꝛ offerre fideiuſſorē de euictiōe quo ablato potuiſſet cōdē

natio fieri ad pretiū: vt habent iſta per Bar. Saly. ꝛ Ang. in l. ſi poſt pfectā. C. de euic. ꝛ per Bal. in l. ex pdıs. eo. ti. ꝛ Jac. de are. ꝛ Bar. in l. a diuo pio. §. ſi poſt aditū. ff. de re iud. ꝛ Bal. ꝛ Saly. ꝛ Pau. de caſt. in l. non idcirco. C. de 3ben. empt. cū ergo nō ſue rit fideiuſſoꝛ euictio. oblatio. vř qđ emptoꝛ ad pretium condemnari non poſſit ꝛ iſtud vř cōcludere in fauorē emptoꝛis. ꝛ p cereto niſi eſſet magna ſuſpitio fraudis ꝙ fratres ſe mouceant ad inſtātiā emptoꝛis ex quo tā loco tpe nullā controuerſiā3 mouerūt a nūc moueāt in calculo ferēde ſnie pro reo ferēda eſſet ſnia. ſed qꝛ iudex inquātū pōt laboꝛare dꝫ vt fraudib⁹ ꝛ calūnijs litigantiū ſe opponat ꝛ obuiet. vt no. Jnn. in c. poſt ceſſionē. extra de cōceſ. prebē. ꝛ Bal. in l. j. C. de ſen. q̄ ſine certa quātitate. ꝛ eſt bonus tex. in l. qui cū maioꝛ. C. ſi plures. ff. de bonis libertoꝝ. per quē dicit Jmo. qđ iudex repellere pōt calūnioſe litigātes. facit qđ not. Bal. in l. perēptoꝛias. in pe. co. C. ſciā3 reſcindi nō poſſe idcirco ſe quēda eſt via per quā fraudib⁹ obuiet reo cōuēto nō preiudicet ꝛ etiā iuris diſpoſitio ſaluetur. pro cui⁹ vie fundamēto pmitto qđ dicit Pau. de ca. in l. iul. §. offerri. ff. de act. emp. vbi querit qñ emptoꝛ agit ꝛ nō obtulit pretiū qui agēdū3 diſtinguit no. quod aut vēditoꝛ opponit exceptio. pretij non ſoluti ꝛ petit ſe abſolui: ꝛ etiā abſoluēd⁹. ꝛ ita loquit ille tex. aut oppoſuit exceptio. ꝛ nō petijt ſe abſolui: ꝛ tūc debet cōdēnari ſi pretiū ſoluat. argumēto eius qđ no. Bar. in l. exceptio. C. de proba. in aut. hoc ampli⁹. C. de fideicō. ita dicamus in ppoſito ꝛ foꝛti⁹ in caſu noſtro ex quo a prīn. nō tenebat dare fideiuſſoꝛē euictio. qđ ex quo tñ eſt oppoſitum qđ res eſt in limine euictio. ꝛ non petijt ſe abſolui qđ cōuētum cōdēnari debeat ſi preſtet fideiuſſoꝛ euictiōis. ꝛ per hāc viam ſatiſfit iuris diſpoſitioni volenti ꝙ pſtito tali fideiuſſoꝛe cōdēnari debet emptoꝛ ad pretiū. d. l. pe. §. fi. ꝛ per doc. in locis pallegatis non preiudicatur reo ppter pſtatio fideiuſſoꝛū ꝛ obuiat fraudibus qđ facere dꝫ iudex ppter qđ Bart. in l. ſi quis libertatē. ff. de peti. here. cōſuluit iudicē in alia materia ferre ſniam p quā fraudib⁹ litigātiū obuiet. ꝛ pbant etiā pdicta per tex. in l. iiij. §. illud. ff. de fideicō. liber. q̄ allegat Pau. de caſt. in dicto loco per quē ſe dicit idē Pau. de ca. in ſimili in. d. aut. hoc ampli⁹. qđ lꝫ Bar. ibi dicat qđ ſubſtituti ꝛ alij in terminis illius aut. non poſſint agere niſi pſtita cautiōe ſeu oblata de obſeruādo ſꝫ ꝙ ibi diſponit: tñ ſi actum fuit tali cautione non oblata iudex poterat pnunciare bona in eum transferenda niſi cautio offerat. ¶ Ex quib⁹ concludēdo arbitroꝛ partes dñi iudicātis eſſe in pnunciādo bene appellatum ꝛ male iudicatū ꝛ ſniam reformādā in abſoluendo dictū ſeuerū ꝛ in abſoluēdo actoꝛes ab expēſis tanꝙ habētes iuſtā cām litigādi. Jtē in cōdēnādo dictū Antoniū ad dimidiā dimidie reſidui pretij dictarū rerū a ducātis ſex libris. s. petitam per dictos actoꝛes a dicto Antonio. ꝛ qꝛ vtraꝗ partium vincat ꝛ vinciť in abſoluēdo ab expēſis ꝛ pdicta omni melioꝛi modo ꝛc.

¶ Jn hoc conſilio continetur.

¶ Primo ſtante cōſtitutiōe pbibitiua foꝛēſes vēdere an poſſint ciues vendere rē foꝛēſiū ita qđ nō preſumat fraus ꝛ ciuis excuſet a pena. ¶ Secūdo ſi caſtrum aliquod ſubmittat ſe ciuitati cum aliquibus pactis ꝛ cōditionib⁹ ꝛ capitulis expreſſis ad q̄ ſe obligauit an ſit obligatū ad nō expreſſa. ¶ Tertio an cōceſſa per dicta pacta ꝛ capitula tollant per generalem legem principis.

¶ Conſilium. ccviij.

1 ¶ Accipere eſt verbum multum generale.
2 Clauſula. vbicunꝗ voluerint: quomodo intelligatur.
3 Voluerint verbum quid impoꝛtet.
4 Conſuetudo etiam inualida excuſat a pena.

Dominus labia mea apiat ꝛ ſpiritus ſanctus illuminet intellectū. Lꝫ nulla mihi ſit exhibita lex prohibitiua propter quā dici debeat. d. Hieronymū incidiſſe in penam propter venditionem dicti ſalis: tamen preſuppoſito qđ extet ducalis conſtitutio pbibitiua ſubditos ſufficiens propter quam talis venditio de qua agimus prohiberet videbat prima facie dicendū dictum Hieronymū in penā incidiſſe virtute ducalis cōſtitutio. nā ſiue illa ſit cōſtitutio ſiue cōſuetudo obſeruata ab illuſtriſſimo duce ferrarie ad illi⁹ obſeruātiā tenent ſubditi ꝛ trāſgreſſoꝛes puniri debēt. ¶ Primū probat inſti. de ſatiſdādo. in fi. ¶ Scđm probat in. l. ex ea. cū gl. extra de poſtulādo. ꝛ probat ex his que ponit Jo. an. in addi. Spe. in ti. de treuga ꝛ pace. ꝛ Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. ꝛ fide catho. ꝛ eſt bonus caſus in. c. cū olim. extra de cōſue. ꝛ in. c. de his. xij. di. igitur ſi Hieronymus ſubditus fecit cōtra pbibitio. legis vel conſuetudinis videtur incidiſſe in penā impoſitā a lege ꝛ ꝯſuetudine predictis. nec videbat obſtare id quod ſit in capitulis que hꝫ dictū caſtrū a pfato illuſtriſſimo dño ꝗ̄ concedit qđ hoīes dicti caſtri poſſint vndecūꝗ accipere ſal ꝛ vendere. ꝛ ſic videat vēdidiſſe capitulis promittētibus. ꝛ cōſequēter in nullā penā icidiſſe. ar. l. gracch⁹. C. de adul. ꝛ l. l. nemo dāno. ff. de re. iur. cū vulgaribus. qꝛ ad hoc videbat rñderi poſſe qđ cū pbibitum videret foꝛenſib⁹ lꝫ ciuibus pmiſſū3. nō videbatur qđ ciues noīe ipſoꝝ ſal foꝛenſiū vēdere poſſint per tex. vbi vř caſus in. l. j. C. de nauibus nō excuſandis. li. xj. per quem dicit ibi barto. no. argumentum imo caſū3 contra comitatenſes q faciūt aliquem ciuē emere pro eis res vt ſub titulo ciuiū nō ſubſint honoribus impoſitis. ad idem vř caſus in. l. fi. C. de annonis ꝛ tributis. lib. x. per quē dicit ibi barto. no. argumentum cōtra clericos ꝛ ſcholares vel alios habentes immunitates a gabellis qui pretextu eoꝝ alios excuſant. idem probatur in. l. qui ſub pretextu. C. de ſac. ſan. eccle. ergo idem dicamus in caſu noſtro qđ ex quo foꝛēſibus pbibitū eſt vendere ſal nō cenſetur permiſſum ciuibus vendere ſal foꝛenſium eoꝝ nomine ſꝫ tñ ſal ipſorum ꝛ ad ipſoꝝ vtilitatē. ¶ Confirmo premiſſa triplici ratione ¶ Prima ratio eſt. nā ex quo foꝛenſibus vř pbibitum ꝛ nō ciuibus ſi ciues vendant ſal foꝛenſiū ſub eorum noīe dr̄ fieri fraus legi de perſona ad perſonā3 quo caſu nō obſtāte fraude cōmittit pena. vt l. l. fraus. ff. de leg. ꝛ ꝛ ibi p doc. ꝛ in. l. ſi ſponſus. in princip. ff. de dona. inter vi. ꝛ vxo. ꝛ l. ſi per impreſſionem. C. qđ metus cauſa. ꝛ ideo dicit bald. in. l. non dubium. C. de legi. qđ ſi exiſtēti de magnatibus prohibetur emere in aliquo loco incidit in penam ſi facit contractum loquēs in perſona famuli ſui i fraudē. ita i caſu noſtro cū pbibitū eſſet foꝛenſibus nō poſſunt ciues eoꝝ noīe res ſeu ſal foꝛenſiū vendere qꝛ dr̄ cōmitti fraus de pſona ad pſonam. ꝛ ideo pena non euitatur. ¶ Scđa ratio eſt qꝛ ex quo foꝛēſibus nō eſt pmiſſum hoc facere igitur nō poſſunt hoc per alios ex quo eſt mixta prohibitio ratione rei ꝛ perſone. caſus eſt cū glo. ꝛ ibi bart. ꝛ doc. in. l. labeo. in fi. ff. de vſuca. vnde dicimus qđ qñ aliquis prohibetur aliquid facere ꝛ illud facit per interpoſitā pſonā. dr̄ cie3 ꝛ male fide facere: vt eſt caſus in. l. fi. C. de predijs curi. lib. x. ad idem tex. ꝛ ibi barto. in. l. pupillus. §. fi. ff. de admi. tuto. igitur videtur quod foꝛenſes nō poſſent per interpoſitam pſona ciuiū ſal vendere qđ eis pbibitum erat. ¶ Tertia rō eſt qꝛ ſi aliť diceremus de facili prohibitio legis fraudari poſſet ꝛ annihilari qđ minus faciendū3 eſt. l. in fundo. ff. de rei vendi. poſſent enim de facili foꝛenſes inuenire amicos in loco ſub quorum noīe ſal venderent. facit regula cum quid vna via. cū materia. extra de reg. iu. in. vj. vnde dixit ſingulariter do. Anto. in ſua diſputatione q̄ incipit bononienſis. qđ lex quātūcunꝗ penalis ita dꝫ intelligi ꝛ interpretari eam extendēdo latiſſima interpretatiōe vt nō ꝯtingat illuſio vel euerſio diſpoſitiōis vel ad minus inferatur legi magna plaga. allegat ad hoc gl. in. c. quanꝗ. de vſuris. in. vj. ꝛ tex. in. l. j. §. pecunia3. ff. de calumnia. vbi verbum donit late intelligit p omni re ne inectio legis fraudari poſſit. ꝛ hanc rem difficultare videbant. ſed premiſſis minime refragantibus que in veritate nullo modo obſtāt in caſu noſtro cōtrariam ſententiam veriorē exiſtimo qđ ſ. dictus Hieronym⁹ nullo modo in penam inciderit. hāc cōcluſione3 clariſſime pbo pluribus ſolidis fundamentis. ¶ Primo hoīes ꝛ vniuerſitas dicti caſtri ſubmiſit ſe cū certis pactis ꝛ capitulis ad que voluerūt eſſe obligati vnde dicunt ſubditi ſm quid ꝛ non ſimpliciter: qꝛ ad non expreſſa non tenent ꝛ haberi deberēt pro non ſubditis. caſus eſt no. in. l. ij. ff. de iure immunitatis per quē ita ꝯſuluit barto. in ſuo conſilio. qđ incipit ꝯmune ſpoleti. allegat etiā tex. in. l. que ſitum. §. idē rñdit. ff. de fundo inſtru. ꝛ tex. in. l. cum delanionis. §. cui fundus. eo. titu. ꝛ probatur in ſimili p tex. no. ꝛ qđ ibi per bar. in. l. non dubito. ff. de captiuis ꝛ poſtli. reuerſis. ꝛ ita alſ vidi conſultum p Pe. de anc. ꝛ alia ꝯſilia Lud. ro. ꝛ alioꝝ pluriumoꝝ famoſiſſimoꝝ doc. totius Jtalie. ſꝫ in caſu noſtro in capitulis nō reperitur qđ non poſſint ſal vendere foꝛenſes vel ciues ſal foꝛēſium. igitur prohibitio generalis ducalis ipſos nō afficit. ¶ Scđo qꝛ regula eſt qđ lex generalis nō includit loca ſeu pſonas exemptas. caſus eſt cum glo. in. l. decurionibus. C. de ſilētiarijs. lib. xij. per que3 hanc regulam ponit bal. in. l. j. C. de ſumma trinita. ꝛ fide catho. in. x. col. facit qđ no. bar. in. l. ſi poſteriores. ff. de leg. ꝛ qđ habetur in. l. ſi mihi ꝛ tibi. §. in legatis. ff. de lega. j. igitur cum ex foꝛma capitulorum dicti homines ſint exēpti preter quam ad quedam in capitulis expreſſa quecūꝗ pbibitio gñalis ad eos extēdi nō dꝫ. ¶ Tertio nam illa que ſunt per capitula conceſſa non tolluntur per generalem legem: vt eſt caſus in. d. l. decurionib⁹. ꝛ probatur qꝛ illa que ſunt conceſſa per viam cōtractus tolli nō pñt: vt tradit p bar. in. l. oēs populi. in. iij. q. principali. ff. de iuſti. ꝛ iure. ꝛ in. l. qđ ſemel. ff. de decre. ab ordi. fa. ꝛ p Jnno. in. c. nonit. de iudi. ꝛ in. c. in materia de iniurijs. ꝛ eſt bonus caſus. ꝛ ibi plene not. Jnnoc. in. c. extra de proba. ſed in capitulis hoc conceditur vt oſtendam. igitur per generalem prohibitionem non cenſetur talis cōceſſio ſublata: qꝛ ſi tolli non pōt nō cenſetur voluntatē eſſe ſupe-

rioris

rioris ſuam leges generalē extendi contra tales conceſſiones ſm
Bar.in.l.ſi ſub cōditione.ff.de cōdi.inſti.⁊ Bal.in.l.ſi.§.in com-
putatione.C.de iure delibe.qḋ autem talis poteſtas vendēdi ſal
cōcedatur hominibus caſtri eo modo quo venditum fuit in ca-
ſu noſtro apparet aperte ex verbis dictoꝝ capitulorum dum di-
citur:itē concedimus ipſis cōmunitatibus ⁊ hominibus licētiā
accipiendi quācūqꝫ quātitatē ſalis ⁊ vbicūqꝫ voluerint ⁊ ipſum
ſal vēdendi in terre caſtrimontis que verba generaliter intelle-
cta decidūt caſum noſtrū:cū iſte Hieronymus acceperit ſal a di-
ctis mercatoribus ⁊ vēdiderit.vnde cum generaliter verba intel
lecta verificent̄ debet diſpoſitio generaliter verificari.l.j.§.⁊ gene
raliter.ff.de lega.preſtan.⁊ ix.diſt.ſi romanorum.nec percipio que
nam fraus colligi poſſit:nam cū potuiſſet Hieronymus emere
⁊ vēdere ſine metu alicuius pene quo caſu forenſes vel ciues non
ſuſtinuiſſent aliquod onus nō video que fraus poſſit colligi cū
facta dici non poſſit ad euitādū aliquod onus alicuius collecte
vel gabelle vel ad aliquem ſimilem effectum quo caſū loquuntur
iura ⁊ autoritates doctoꝝ. ¶ Quarto idem magis ſtringo qꝛ di
ctum capitulū concedit hominibus licentiam accipiendi ⁊ ven
1 dēdi.verbū † autem accipere eſt multum generale ⁊ proprie ſigni-
ficat quādo quis accipit vt ſuum non faciat ⁊ vt ſibi nō habeat
caſus eſt in.l.aliud eſt capere.ff.de verbo.ſigni.⁊ eſt bonus text.in
l.ſi tibi rem inſpiciendā.§.ſi quis ſponſionibus.ff.de preſcriptis
verbis.⁊ eſt caſus quaſi in terminis in caſu noſtro in.l.j.in fin.ff.
de eſtimatio.actio.⁊ ſic patet qḋ lex nō reqrit quod homines ali
quo titulo accipiant ex quo verbū accipit hoc nō ſignificat.igit̄
cum lex nō dicat nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruum.§.non dixit
pretor.ff.de acqui.here.ſi enim voluiſſet lex qḋ a forēſibus titulo
emptio.vel alio titulo acciperent hoc expreſſiſſet.l.j.§.ſin autē ad
deficiētis.C.de cadu.tollen.⁊ in.c.ad audiētiam.extra de decimis.
cum ſi. ¶ Confirmatur ex duobus hoc fundamentū. ¶ Primo
qꝛ cū ſimus in materia penali ⁊ ſtricta debet diſpoſitio interpre-
tari vt nō inciderit in penā ⁊ ſic in mitiorem partem.l.preſens.ff.
de penis.⁊ l.ſi interpretatiōe.ff.de legi. ¶ Quinto adhuc magis
2 ſtringo ⁊ pōdero illa verba.† ⁊ vbicūqꝫ voluerint que verba idē
importāt qḋ in quolibet loco voluerint in.c.ſi.⁊ ibi per Archi.
de priuileg.lib.vi.⁊ per Joan.and.in.c.vbicūqꝫ de pe.co.lib.⁊ ha
3 betur in.c.ſi.de officio iudi.⁊ in.l.vbicunqꝫ.ff.de interroga.act.†
verbum autem voluerint importat liberam ⁊ abſolutā volūta-
tem non regulatā.l.fideicōmiſſa.§.quāqꝫ.de lega.iij.⁊ per Bart.
in extrauaganti ad reprimendam.in verbo videbatur.vbi plene
igitur aperiſſime dicta verba important quod homines dicti
caſtri poſſunt accipere ſal in quolibet loco ⁊ ſic non ſolū extra
dictū caſtrū ſed etiam in dicto caſtro:quia verba hoc importāt
nec ratio aliqua repugnat.l.non aliter.ff.de lega.iij.ſi ergo ciues
poſſunt emere ita in caſtro ſicut extra vt equalis etiam ſit deter-
minatio dicti verbi vbicunqꝫ.l.iam hoc iure.ff.de vulga.⁊ pupil.
l.eū qui edes.ff.de vſucapio.vendentes poſſunt impune vendere
in quocunqꝫ loco quia permiſſa emptione eodem caſu cenſetur
permiſſa venditio:quia iſta eſt natura correlatiuoꝝ prout tra-
dit Bar in.l.ſi.C.de indic.vidui.tollē.in ſpecie Bal.in rubr.C.de
rebus credi.⁊ Pau.de caſt in.l.ſi quis nec cauſam.in ſi.prin.ff.ſi
certū peta.⁊ Bal.in.l.ij.C.de ſacroſan.eccle. ¶ Sexto confirma-
tur quia etiam ſi nullum decretū appareret dicitur hoc ſeruatū
fore de cōſuetudine in dicto loco qḋ etiam forēſes vendāt ⁊ non
reperitur qḋ pena aliqua impoſita fuerit illud autē quod lege
induci poteſt ⁊ induci etiam conſuetudine:vt in.l.de quibus.cū
materia.ff.de legi.⁊ in.l.ij.que ſit longa conſuetudo.tradit Bal,
in.l.ſi.C.de teſta.⁊ in.l.receptitia.C.de conſti.pecu.⁊ traditur in.l.
ſi mihi ⁊ tibi.§.in legatis.de lega.j. ¶ Et ſi dicatur homines pre
dicti caſtri tanqꝫ ſubditi nō poſſunt concedere leges cōtra legē
ſuperioris.c.cum inferior.cum ibi not.extra de maio.⁊ obedien.
ita nō videtur qꝫ poſſint inducere cōſuetudinē.ita arguit Bar.
in.l.j.ff.de legi.⁊ do.Abb.in.c.ſi.extra de conſue ¶ Reſpōdeo qḋ
ex ſcientia ⁊ patientia ſuperioris hoc poteſt induci vel ſaltem ex
ſcientia ⁊ patiētia officialium preſidentium gubernationi illoꝝ
locorum ſecundum qḋ probat Bar.in.l.ſi publicanus.§.ſi.ff. de
publicanis. ¶ Septimo probatur etiā quia ſi qua dubitatio cir
ca validitatem dicte cōſuetudinis oriri potuiſſet illa eſt ſublata
et expreſſa approbatiōe illuſtriſſimi ducis qui approbauit om-
nia ſtatuta ⁊ omnes cōſuetudines illorum locoꝝ.⁊ ſic recipiunt
robur ⁊ validitatē a poteſtate ducis iuxta illud:omnia noſtra
facimus quibus noſtrā autoritatē impartimur.l.ij.§.omnia.C. de
veteri iure enucle.in.c.cū aliquibus.de reſcrip.in.vi.⁊ ponit no.
Bar.in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.facien.cum ſimi. ¶ Octa
uo ad idem adducitur:nam licet dicta cōſuetudo fuiſſet inuali-
da eius virtute fuiſſet excuſatus a pena.glo.eſt not.⁊ ibi Pet.de
ancha.Abb.⁊ aliſ in.c.fina.extra de conſuetu.⁊ in.c.ſane.de tem-
pore ordi.⁊ in gl.in.c.denique.quarta diſtin.ergo cum fuerit lon-
go tempore conſuetudine obſeruatum qꝫ paſſim ſal vendatur in
4 dicto caſtro etiā qḋ forenſes talis † cōſuetudo licet diceretur in-
ualida excuſat a pena. ¶ Nono comprobo qꝛ licet illud decretū
ducis ſeu illa capitula aliquam habuiſſent dubitationē circa in
terpretationem quam ſupra dedi:tamen conſuetudo interpreta
ta eſt quod licite vendi poſſit nō ſolum per ciues eo modo quo
vendidi Hieronymus ſed etiam per forenſes.conſuetudo enim
eſt optima legum interpres.l.minime.ff.de legi.⁊ no.glo.in.l.dos
a patre.C.ſolu.matrimo.⁊ gloſſ.in.l.j.⁊ auſ.ibi poſita.C.ſi ſecun-
do nupſerit.⁊ eſt tex.in.c.cum dilectus.de conſuetu.per quem di-
cit notanter domi.Anto.quod ſequi debemus intellectum a cō
ſuetudine approbatū etiam verba impropriando.ſed in caſu no
ſtro non eſt opus verba capitulorum improprīare:quia etiam ſi
proprie intelligūtur concordant cum conſuetudine diu in dicto
loco obſeruata ¶ Decimo cōfirmo ex alia quia dicta cōſtitutio
prohibitiua ſi qua reperit̄ nunquam in dicto loco fuit obſerua-
ta dicti caſtri ſed etiam forēſes impune ſal in dicto loco vendide
rūt per quam inobſeruantiam in dicto loco ſiue nō receptio di-
cte conſtitutio.prohibitiue dicitur dicte cōſtitutioni derogatū
vt in.§.hec ⁊ ſi legibus.⁊ ibi Dominicus quarta diſtin.⁊ not.in
c.j.extra de treuga ⁊ pace.vbi ita tenent Joā.calde.domi.Anto.
Abb.⁊ communiter doct.ad quod adducunt etiam quod habe
tur in.c.ſin.de conſuetu.lib.vi.⁊ bene facit gloſ.not.in.l.ſi maior.
C.cōmuni diuidun.⁊ ſic poſito quod in dicto loco legare potuiſ
ſet:tamē per talem diutinam inobſeruantiam cenſetur illi dero-
gatum. ¶ Undecimo ⁊ vltimo confirmantur premiſſa.nam pro
certo ni fallor fere quaſi omnia fundamenta ſupradeducta etiā
vt ſingula eſſent ſufficientia ad abſolutionem dicti Hieronymi.
igitur multofortius habēt excuſare illum a dolo ⁊ lata culpa: ⁊
conſequenter a pena ſi qua dubitatio adeſſet quā videre adhuc
nō potui.nam quilibet ſtrenuus legiſta attentis premiſſis excu-
ſaretur nedū a dolo ſed etiā a lata culpa que eſt deuiatio in cir-
cumſpecta ab eo quod cōmuniter homines facerent ſecundum
Barto.in.l.quod nerua.ff.depoſiti.communiter autem quilibet
vidēs ⁊ capitula ⁊ communem obſeruantiam exiſtimaſſet licitū
fore vendere ſal prout aliſ antea impune diu vendiderant.vnde
ſiue dicamus dolū requiri ſiue latā culpam dominus Hierony-
mus excuſatur a pena per id quod habetur in.l.igitur.§ poteſt.
ff de libe.cauſa.⁊ in.l.plagij.C.ad legem fauiam de plagiarijs.et
per Ange.⁊ Moder.in.l.j.in ſi.ff.ſi quis ius dicenti non obtem
pe.⁊ per Barto.not.in.l.j.§.non autem.ff.ſi quis teſtamento li-
ber eſſe iuſſus fuerit.⁊ per Bal.in.l.ſi quis non dicam rapere.C.
de epiſ.⁊ cleri.⁊ per Bart.in.l.que fortuitis.C. de pigno.act. vn-
de intrepide concludendum puto dictum Hieronymū potuiſ-
ſe impune ⁊ poſſe impune vendere dictū ſal prout fecit ⁊ in nul-
lam penā incidiſſe neqꝫ in penam amiſſionis ſalis neqꝫ vlterius
pene penitētiarie.⁊ ſi quod ſal eſt ſibi ablatum debet ſibi reſtitui
quod impune vendere potuit prout incepit.⁊ hanc concluſionē
puto ita claram quod ſi quis non ſequeretur ni fallor a via veri
tatis iuſtitie ⁊ equitatis multum aberraret.

Laus Deo omnipotenti amen ⁊c.

¶ Conſilium.ccx.

1 ¶ Uxor relicta domina ⁊ vſufructuaria omnium bonoꝝ mo-
bilium ⁊ ſtabilium an habeat poteſtatē eligendi dominium vel
vſumfructum.

Dominus labia mea ape-
riat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. ¶ Sa-
tis anceps fui in hac cōſultatione quam optime ab-
ſoluit ſecundus conſultor dominus Franciſcus de fulginco do-
1 ctor preſtantiſſimus.Conſiderandum eſt enim † quod aliquādo
nō exiſtētibus liberis ⁊ extraneis inſtitutis marit⁹ reliquit vxo-
rem dominā ⁊ vſufructuariā omnium bonorū ⁊c.⁊ omnes an-
tiqui vſqꝫ ad tempora Bar.voluerūt quod vxor habet poteſta-
tem eligēdi dominium vel vſumfructum.argu.l.ſi titio fundus.
ff.de vſufru.lega.⁊ iſta fuit communis opinio antiquorum ſecū-
dum Saly.in.l.j.C.ſi ſecūdo nupſerit.⁊ tenuerūt omnes vſqꝫ ad
tempora Bart.⁊ dicit Rapha.Cuma.in.l.titia.§.fina.ff.de lega-
tis ſecundo.ſed Bartu.in dicto.§.fin.⁊ communiter Moderni
ibi.⁊ Bal.in.l.fina.C.de indicta viduitate.tenēt quod tantum
relictus vſusfructus:quia cum teſtator alium fecerit heredē non
eſt veriſimile quod ab eo dominium omnium rerum abdicare vo
3 ex forma ſtatutoꝝ: de iure cōi probatur: quia † qn̄ aliqd defertur ſub ratione quote bonoꝝ tranſmittitur talis quota etiā nō acceptata.l.i.§.ſi impuberi.de colla.bo.⁊ no.Bal.Saly.⁊ alij in.l.cū antiquioribus.C.de iure delib.⁊ ibi do.Alex.plura allat. Ex forma ſtatutorum probatur q̄r cauet̄ ſtatuto ſenēſi qḋ hereditas cuiuſcūqꝫ nō adita trāſmittit̄ ad ſuos heredes.igit̄ cū ſint habituri vr̄ a pari qḋ poſſint etiā i illis bonis cōſtitui curatores ſicut i bōis abſētis ex q̄ eius ſucceſſionē ſperāt ſ3 no.l.o.l.ij. C.de capti. cum ſi. Sed premiſſis nō obſtantib⁹ 3riū puto verius quod imo nec legitimā nec tres quartas petere poſſint. ⁊ pro fundamento pmitto quod cū heredes inſtituti ſint inſtituti ſub conditione ſi filius non reuertat̄ ad patriam interim pendēte conditione pe-
4 tere pn̄t bonoꝝ poſſeſſionē ſcdm tab.⁊ cōſtitui † ſe curatores vt hr̄ in.l.i.ff.de cura.bo.dādo.⁊ l.ij.§.nō ſub 3ditiōe.ff.de bo.poſ. ſm tab.⁊ l.i.ſi qs inſtituat̄.⁊ ibi doc.maxime Jo.de imo.ff.de here.inſti. Videndū eſt ergo nunqd curatori bonorū filij competat cōdictio ex lege.vel ſtatuto ad petēdū legitimā vel tres quartas ⁊ ſic nūqd poſſint tales actiones intētare in qua dubitatione cōcludo quod tales actiones intentari non poſſunt. Et p fundamēto pmitto quod cōdictio ex.l.qm̄ in priorib⁹.⁊ cōdictio ex ſtatuto ſunt actiones pſonales.inſti.de acti.§.ſic itaqꝫ.⁊ in.l.i.⁊ ibi Bar.ff.de cōdi.ex lege.⁊ ſic ſunt ppetue.l.ſi qs emptione.l. cū notiſſimi.⁊ p totū.C.de preſcrip.xxx.anno.hereditatē cū nō purificata cōditione petere nō pn̄t cum nec filius petere poſſet.l.cedere diem.ff.de ver.ſig.hoc premiſſo. ¶ Primo videndū eſt qd iuris reſpectu legitime que debet̄ d iure cōi ex quo nō pn̄t bn̄ficia ſtatutū allegari. ¶ Secūdo qd iuris reſpectu triū quartarū poſito qḋ gauderent bn̄ficio ſtatutorū qḋ eſt eſt falſum. ¶ In prima difficultate dico ꝙ hāc legitimā petere nō pn̄t.nā legitima de iure cōi debet̄ iure hereditario nec illā fili⁹ habere pōt niſi ſit heres vt no. Bar.in.l.gerit.in.ſi.q.tertie principalis.q.⁊ Ang. ⁊ Pau. de ca.i.l.heres inſtituta.C.de ipu.⁊ alijs ſubſt.⁊ ibi ēt Cy.⁊ Bal.⁊ Bar.i.l.q̄r poterat.ff.ad tre.qḋ aūt curator dat⁹ bonis poſſit hereditatē p aliqua pte acceptare vel aliquo iure hoc nō reperitur iure cautū.quinimo 3riū pbat̄ i.l.cū i vno.§.tutor.ff. de np.iūcta declaratiōe Bal.in.l.potuit.l.iij.q.C.de iure delib. vbi dicit ꝙ iō pupill⁹ nō pōt adire hereditatē cū autoritate curatoris q̄r talis curator dat̄ extra ordinē ſ3 curator q dat̄ bōis d̄z iure extra ordinē dari ſicut bene datur pupillo qui d̄z bonis dari vt in.l.i.in ſi. eſt caſus.ff.de cura.bo.dā.facit glo.in.§.furioſi.inſti.de curato.⁊ gl.in.l.de creationibus.C.de epiſc.audien.

¶ Cōfirmat̄ eadē pars aliis rōnib⁹ q̄ cōcludūt etiā i trib⁹ quartis quarū prima eſt. Nā hic curator q datur bonis nō ad inſtātiā creditorū ſed conſanguineoꝝ qui ſucceſſionē pretendunt nō pn̄t actiones actiue intentare niſi tales eſſent tpe periture.ita cōcludit Bar.i.l.creditores.ff.de bo.aut.iudi.poſ.⁊ eſt opi.Azo.approbata p Bar.⁊ Ang.in.l.ij.ff.de cura.bo.dan.⁊ 13 Spec.in titu.de curatore.§.itē curator.⁊ ibi Joā.an.in addi.13 Ang.in ſuo 3ſi. cū incipit.datus fuit curator bonis.⁊ idem Angel. in ſuo cōſil. ccciij.incip.mortuo debitore.vbi videndum quia latiſſime proſequitur hanc materiam.ſi ergo nō poteſt actiones queſitas in bonis abſentis exiſtētes intētare nō tpe perituras.igitur forti⁹ non poſſunt actiōes nōdū acceptatas intētare qn̄ nō ſunt tpe periture put ſunt tales condictiones ex.l.que durāt.xxx.annis vt dixi.

¶ Confirmat̄ iſta concluſio: q̄r tales curatores dantur ad cōſeruādū bona ⁊ poſtea q̄ tendunt ad cōſeruationē ne bona dilapidentur.l.ſi quis inſtituat̄.§.ſi cōditiōi.⁊.§.ſeq.de here.inſti.⁊ ibi ang.⁊ imo.dicūt ꝙ nullum actū facere pn̄t niſi tēdētem ad cōſeruationē bonorū niſi qḋ intētare actiones tempore perituras vel alienare quando imineret graue es alienū igit̄ non pōt intētare has conditiones que non ſunt tpe periture: q̄r hoc nō tendit ad conſeruationē: ſed potius ad acquiſitionē bonorū: iſta autē differunt cōſeruare ⁊ de nouo querere alī ſi poſſent de nouo q̄rere ⁊ hoc eſſet cōſeruare ſic querere poſſet ⁊ actiōes intentare ēt tpe nō perituras qḋ eſt falſum.igit̄ dicam⁹ ꝙ nō pn̄t actiones tales nō tpe perituras intētare. ¶ Cōfirmat̄ poſtremo alia cōſideratiōe.nā nō poteſt peti lītia vel ēt tres quarte niſi acceptent̄ p parte hereditatis.facit tex.l.i.l.iij.§.acquirere.ff.de bono.poſ.ti.gn̄ali.⁊ qḋ p illum tex.dicit Saly.in.l.i.C.de ad ui. Videmus i ſimili i legato cuius dominium tranſit ipſo iure qḋ nō dicitur effectualiter acquiſitum imo nō d̄z fore q̄ſitū vt eſt tex.cū gl.in.l.ſi qs ita heredem.ff. de cōdi.inſti.igit̄ fortius in iſtis trib⁹ quartis ante acceptationē nō debem⁹ dicere illas queſitas.Nā tres quarte debent̄ tāqꝫ quota bonoꝝ ex forma ſtatuti igit̄ añ acceptationē non acquirūtur.vt in.l.ſi qs bonorū.⁊ in.l.hoc amplius.§.ſi.⁊ vtrobiqꝫ doc.ff.de le.j. Si ergo nō dicunt̄ acqri añ acceptationē q̄cūqꝫ dicit qḋ curator dat̄ bōis ad 3ſeruationē vt in.l.i.§.pe.de mu.⁊ hono.⁊ in.d.l.ij.de cura bo.dā.adducat legem hoc dicentē Erubeſcimus cū ſine lege loq.l.illā.C.de colla. Ex qb⁹ 3cludo qḋ heredes inſtituti deberent bōa adminiſtrare inſolidū vel petēdo bonoꝝ poſſeſſionē ſ3 tabulas iuxta.d.l.ij.§.ſi ſub cōditione.ff.de bo.poſ.ſm tab.vel petēdo ſe dari curatores bōis iuxta.l.i.ff.de cura.bo.dā.pēdēte cōditione donec filius nō redeūdo petat legitimam vel tres quartas ſi poteſt vel adeūdo totam hereditatem.

¶ Laus deo.

¶ Conſilium.cccxxv.

1 ¶ Minor ex forma ſtatuti habilitat⁹ ad cōtrahēdū ⁊ obligandū an poſſit donare vel imobilia alienare ſine decreto.
2 Contractus ⁊ obligatio minorum carentium tutore valent.
3 Donatio ſi nō pōt valere in vim donationis inter viuos qn̄ valeat in vim donationis in cauſa mortis.
4 Teſtes an debeant eſſe rogati.
5 Donatio cauſa mortis equiparatur actibus inter viuos.
6 Teſtes an debeant cognoſcere contrahentes.
7 Frater an ſit idoneus teſtis pro fratre.
8 Frater eſt teſtis pro fratre in cauſa graui iudicio arbitrio.
9 Teſtis vnius inhabilitas ſupplet̄ per alios.
10 Donatio que nō valet inter viuos nec cauſa mortis an valeat iure fideicommiſſi.

DOminus labia mea aperiat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. ¶ Viſa contingētia facti ⁊ ſtatuto mihi exhibito triplex vr̄ dubitatio in preſenti conſultatione. ¶ Prima eſt nūquid dicta diſputatio ſuſtinere poſſit in vim donationis inter viuos. ¶ Secūda poſito ꝙ nō.an ſuſtineri poſſit i vim donatiōis cā mortis. ¶ Tertia poſito ꝙ nō an ſuſtineat̄ i vim codicillorū. ¶ Circa primā dubitationē niſi eſſemus in meris terminis iuris cōis deci-
1 ſio eſſet clara ꝙ † dicta minor.xxv.annoꝝ nō potuiſſet donare immobilia ſine decreto ⁊ alijs ſolēnitatib⁹ oportunis vt ē caſus in l.magis puto.§.ne paſſim.⁊ per totum.ff.de rebus eorum.⁊ p totum.C.de predijs minorum.⁊ in ſpecie in caſu noſtro in.l.ſi.nd reſoluēdum eod.titu.⁊ eſt caſus in.l.ij.C.ſi aduerſus donationem vn̄ ſola difficultas remanet in vigore ſtatuti minor.xxv.⁊ maior xx.dicat̄ habilitatus ad alienādū ⁊ donandum etiā immobilia. ¶ Et primo p fundamēto premittēdū eſt qḋ minor.l.pmittēte poteſt ſine decreto ⁊ ſine alijs ſolēnitatibus alienare: vt probatur in.l.i.⁊.ſi.cū ibi nota.C.qn̄ decreto opus non eſt. ¶ Hoc pmiſſo oſtēdet̄ qḋ dictū ſtatutū 3cedat ptātem alienandi imobilia maiori.xx.annoꝝ.minori.xxv.ſine ſolēnitatibus a iure requiſitis. ¶ Et pmo q̄r dictū ſtatutū generaliter vult quod 3ctus obligatio vel charta ab eis 3fecte valeāt ⁊ teneāt.ergo indiſtincte d3 intelligi ⁊ generaliter ſiue 3ctus ſiue obligatio 3hatur ſup rebus mobilibus ⁊ alijs reb⁹ ſiue 3hat̄ ſup imobilib⁹.l.i.§.⁊ gn̄alr.ff.de le.pſtā. l.de pretio.ff.de publiciana.ſi ergo pmittit̄ 3ctus ⁊ obligatio ſup imobilibus ergo cēſet̄ pmiſſa tranſlatio dn̄ij que ſequit̄ ex 3ctu ⁊ obligatione: qm̄ iſta eſt regula qḋ vbicunqꝫ aliquid 3cedit̄ cenſetur cōceſſum qcqd ad illud ſequitur.ita 3cludunt Pet.Cyn.⁊ Bald.in lectura noua.in.l.ſi.ff.de iuriſ.om.iudi. ¶ Scdo iſta cōcluſio vr̄ pbari.Nam ſi prohibet̄ tranſlatio dn̄ij cenſetur prohibitus 3ctus ⁊ obligatio put 3cludit Bart.in.l.cū lis.ad ſi.ff.de fideiuſſo.⁊ tradit Bal.in.l.nō dubiū.in.xi.oppo.C.de legi.⁊ ſi conceſſa alienatione cēſerent̄ conceſſe 3ctus ⁊ obligatio.ergo eodem modo 3ceſſo 3ctu ⁊ obligatione cēſeat̄ cōceſſa alienatio q̄ ſequit̄ ad hoc p id ēt qḋ no. Bal.in.d.l.nō dubiū.l.xiij.oppo. ¶ Tertio 3firmatur iſta cōcluſio p illud capitulū ſtatuti qḋ dicit in 3ctib⁹ vero alienationis ⁊c.qḋ vult qḋ i 3ctu alienatiōis imobilium in minore xx.annoꝝ ſeruet̄ certa ſolēnitas arguēdo a 3rio ſenſu.l.i. ff.de officio eius cui mādata eſt iuriſdictio.⁊.l.qui teſtamento.§. mulier.ff.de teſta.cum ſi.⁊ q̄r apponendo ſolennitatē ante.xx.annū vr̄ illā poſt.xx.annū phibere.l.ſtatu liberū.§.ſtichum.ff.de leg. j.l.cū pretor.ff.de iudi.c.nōne.extra de preſum. ¶ Quarto 3firma-
2 tur.Nam † 3ctus ⁊ obligatio minoꝝ carentiū curatore tenent.l.ſi curatorem habens.⁊ ibi not.C.de in integ.reſti.mi.⁊.l.verū.§.pe. ⁊ ibi no.ff.de minoribus.niſi in alienatione imobiliū.d.l.magis puto. ⁊ p totū niſi ergo intelligamus dictū ſtatutū in 3ctibus alienatiōis imobiliū tale ſtatutū nihil operaret̄ q̄r eodē modo 3ctus ⁊ obligatio valerēt ⁊ tenerēt de iure cōi.igit̄ ad hoc vt aliqd operetur intelligat̄ de 3ctib⁹ ſuper alienatiōe imobiliū p id qḋ hr̄ in l.ſi qn̄.ff.de le.i.⁊ in.c.ſi papa.extra de preinſe.in.vi.⁊.xix.diſtinc.ſi romanoꝝ. ¶ Quinto hec pōt vr̄ pbari ex eo q̄r ſtatutū circa principiū ponit de 3ctib⁹ tam ſup immobilibus q̄ alijs rebus ſiendis a minoribus

⁊ minoribus.xx.annoꝝ.deinde ponit clauſula gñalis de ꝯtractibus
obligationibus ⁊ chartis factis a maioribus.xx.annoꝝ. ergo dꝫ
intelligi etiã ſup immobilibus ꝓut ſupra facta erat mẽtio. ꝑ hoc
tex.eſt in.l.q filiabus.in prin.ff.de leg.i.⁊ in.l.ſi ſeru⁹ plurium. in ſi.
eo.titu.⁊ hoc maxime ad hoc vt debita ſit aduerſario precedẽ-
tibus ꝓpter aduerſatiuã.ſit vero ꝯtractus ⁊c.⁊ q: talis clauſula
vꝫ referri ad oĩa pcedẽtia iuxta no.l.i.§.fili⁹.ff.de lib.⁊ poſthu.
⁊ in.l.talis ſcriptura.ff.de leg.i.⁊ not.in.c.ij.requiris.extra de ap-
pel.¶Sexto ⁊ vltimo videmus qꝺ aliq̃ ſtatutũ loquẽs de con
tractu verificat̃ in donatione vt ꝯcludit Bal.in.l.ꝯtract⁹.C.de
fide inſtru.⁊ not.in aut.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduerſus vendi.⁊
tñ donatio eſt alienatio.l.i.ff.de dona.⁊ maxime etiã q: talis inter
pretatio vꝫ ꝯuenire cõi vſui loquẽdi q: alienationẽ immobilium
appareret ꝯtr⁹ ſcd̃m quẽ ſtatutũ deberet interpretari.l.liberoꝝ.§.
qꝺ tñ caſſius.ff.de lega.iij.l.cũ de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.in-
ſtru.⁊.l.labeo.⁊ ibi Bar.ff.de ſepul.lega.¶In contrariũ tamen
qꝺ vigore dicti ſtatuti nõ poſſit maior.xx.annoꝝ minor.xxv.alie-
nare oſtẽdit̃ ex plurimis.¶Et primo q: dicta verba ſtatuti pre-
dicti pñt verificari.¶Primo in ꝯtractibus obligationib⁹ ⁊ char-
tis in qb⁹ aliqua alienatio nõ ꝯtineat̃.¶Scd̃o etiã in ꝯtrib⁹
in qb⁹ ꝯtineat̃ alienatio mobiliũ ⁊ illarũ reꝝ q̃ pñt ſine decreto
alienari de quibus in.l.lex que tutores.C.de admi.tu.¶Tertio
in contractibus ſup alienationib⁹ immobiliũ q̃ nõ pñt ſine decre-
to alienari intelligat̃ ergo dictũ ſtatutũ pmis duob⁹ modis ad
hoc vt min⁹ corrigat ius cõe ꝓut fieri dꝫ inquãtũ põt iuxta no.
ꝑ Bart.in.l.oẽs populi.in.vi.q.principali.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ in.l.
ſi.§.in cõputatione.ꝑ glo.⁊ doc.C.de iure delibe.⁊ in.l.ſi ſerui ve-
ſtri.C.de nota.¶Scd̃o iſta opi.vꝫ ꝯfirmari.nã ſtant hec qꝺ quis
poſſit ꝯtrahere tñ nõ poſſit alienare ⁊ ꝯtr̃ facere ꝯtract⁹.¶Ex
quib⁹ immediate ſequit̃ alienatio puta donatio:vt pꝫ ex hiis que
not.ponit Bal.in.l.non dubiũ.in.viij.oppo.⁊ in.x.oppo.C.de le-
gi.ergo licet minor ſit habilitatus ad ꝯtrahẽdũ nõ videt̃ habili-
tatus ad alienãdũ immobilia q: vnũ ſtat ſine alio nec dꝫ fieri extẽ-
ſio in correctoriis.l.ꝓcipimus.C.de app.⁊ not.in.l.ſi vero.§.de vi-
ro.ff.ſol.mat.⁊ ꝑ Bart.in.d.l.oẽs populi.ergo iſta pars quaſi in
terminis noſtris deciditur autoritate Pau.de ca.in ſuo ꝯſil.c.
incipiẽte.In chriſti noĩe.nõ eſt dubium qꝺ dicta donatio ⁊c.vbi
ꝯcludit qꝺ lꝫ minor qui ꝯtrahit teneat̃ ⁊ obligatus ſit ſicut qli
bet maior nõ tñ poterit immobilia donare q: ſatis eſt qꝺ ſtatu-
tũ põt operari ꝙ minor ẽt habẽs curatorẽ ſine eo põt ꝯtrahere
⁊ obligari ꝯtra.l.ſi curatorẽ habẽs.C.de in inte.reſti.mino.q: nõ
ſunt extẽdẽda iura correctiua.Itẽ q: nõ eſt cenſendũ ꝙ ſtatuẽtes
voluerint vnico vbo tãti iuris obſeruationẽ tollere.l.ſi qñ.C.de
inoffi.teſta.Itẽ q: ſtatutũ reſtringit̃ ad ius cõe ne quis indebite
damnũ patiat̃.l.ſi.§.in cõputatione.C.de iure delibe.c.cũ dilect⁹.
de cõſue.⁊ ꝓ hoc adducit ẽt quaſi caſum in.l.ij.C.de his q ve.eta.
impetra.vbi licet quis reputet̃ maior in ꝯtrahendo tñ non põt
immobilia alienare.⁊ lꝫ Pau.de ca.nõ loquat̃ preciſe in his ter
minis tñ ei⁹ rõnes vigẽt in caſu noſtro.¶Quarto ⁊ vltimo hãc
qõnẽ etiã quaſi in terminis videt̃ decidere idẽ Pau.de ca.in ſuo
ꝯſi.clxxi.incip.In chriſti noĩe ⁊c.incipiẽdo.ar.dico dictas vẽdi-
tiones.vbi ꝯcludit qꝺ ſi ſtatutũ diſponit ꝙ in ꝯtrib⁹ minoꝝ.xx.
annoꝝ requirat̃ certa ſolẽnitas etiã vltra ius cõe nõ dꝫ ſumi ar-
gumentũ a ꝯtrario ſenſu qꝺ in maiore nõ reqrat̃ ſolẽnitas ali-
qua.ſed bene qꝺ non requiritur illa ſolẽnitas ſtatuti non ſolẽni
tas iuris cõis q caſus cum nõ ſit a ſtatuto prouiſus remanet in
diſpoſitione iuris cõis.l.cõmodiſſime.ff.de lib.⁊ poſth.¶Quin-
imo ꝯcludit fortius qꝺ in minore.xx.an.nõ ſufficit ſolẽnitas ſta
tuti niſi etiã interueniat iuſta cã.ſ.ꝙ immineat es alienũ iuxta no.
in.d.l.magis puto.Itẽ adducit qꝺ cũ ſtatutũ adhibendo maio-
rem ſolẽnitatẽ fuerit editũ ad illã augẽdã nõ dꝫ operari diminu
tionẽ.l.cũ tale.§.falſam.ff.de ꝯdi.⁊ demõ.Itẽ ꝯcludit in eodẽ ꝯ
ſilio qꝺ lꝫ idẽ ſtatutũ vellet qꝺ minor.xx.annis eſſet legitime eta-
tis ⁊ ſic videret̃ fungi eodẽ iure iuxta plene not.in.l.ſi eum.§.qui
iniuriarũ.ff.ſi qs cau.tñ ſcd̃m eũ nõ cẽſet̃ ſubrogatus quo ad alie-
nationẽ bonoꝝ immobiliũ ꝑ tex.vbi eſt caſus ſcd̃m eũ in.d.l.ij.C.
de his q ve.eta.ĩpe.vnde ex ꝑdictis nõ poſſum inficiari rẽ nõ eſſe
dubiã nec queſtionẽ hãc vlterius decido qñ dato qꝺ in vim dõa
tionis inter viuos ſuſtineri nõ poſſit ſuſtinebitur immediate in
vim donationis cã mortis vel codicilloꝝ quod verius arbitror.
¶Circa ſecũdã dubitationẽ arbitror ꝯcludendũ dictã diſpoſi-
tionẽ ſaluari poſſe in vim donatiõis cã mortis caſu quo non va
leat in vim donatiõis inter viuos ⁊ preſuppono ꝙ licet de iure
ciuili in donatione cã mortis requirant̃ quinqꝫ teſtes vt eſt ca-
ſus in.l.ſi.C.de dona.cauſa mortis.tamẽ de iure canonico in qua
libet vltima volũtate ſufficiũt duo ⁊ ſacerdos:vt eſt caſus in.c.cũ
eſſes.extra de teſta.⁊ iſta eſt magis communis concluſio docto.⁊
docto in.l.i.C.de ſac.ſan.eccle.⁊ ponit plene Ludo.roma.in ſua
ſolenni repe.aut.ſimiliter.C.ad legem fal.hoc preſuppoſito ꝯclu
di poteſt ꝙ cum duo teſtes mihi exhibiti probẽt talem donatio-
nem ⁊ alter teſtis mihi nõ exhibitus dicat̃ idem probare quod
ꝓbata eſt donatio per tres teſtes.⁊ ſic valida de iure canonico
qꝺ ſeruatur in ciuitate peruſij cũ ſit de ciuitatib⁹ eccleſie per id
qꝺ not.in.c.i.de no.ope.nun.⁊ in.c.ij.vbi glo.de arbi.in.vi.⁊ in.c.
cũ eſſes.cũ ſi.nec primo ob.ſi dicat̃ nulla hic interueniſſe ſtipula-
tio.⁊ ſic nõ vꝫ valere i vim donatiõis cã mor.q̃ fieri ſolet ꝑ ſtipu-
lationẽ.l.i.ff.de dona.cã mor.¶Quĩ hodie poteſt fieri nudo pa-
cto vt decidit gl.cõiter approbata in.l.ij.C.de iure do.⁊ gloſ.in.l.
cũ pater.§.meuio.ff.de leg.ij.vnde cũ fuerit facta pſente donata
ria cenſet̃ ipſam cõſenſiſſe.l.qui patit̃.ff.mãdati.⁊ traditur plene
in.l.que dotis.per Bar.⁊ alios.ff.ſolu.mat.⁊ conſequẽter pacto
nudo cõfecta ſuſtinetur.¶Nec ſecũdo loco obſtat ſi dicatur qꝺ
nulla ſuit facta mentio mortis.ergo quãqꝫ donatio fuerit facta
ab exiſtẽte in periculo mortis nõ tñ cẽſeri dꝫ donatio cã mortis
ſed potius inter viuos.l.ſeia.in ſi.ff.de dona.cauſa mor.¶Quo-
3 niã ad hoc rñdeo †qꝺ illud pcederet qñ valere poſſet in vim do
nationis inter viuos ſed qñ non poſſet valere vt in caſu noſtro
tunc ſi ſit ab exiſtenti in periculo valet in vim donationis cauſa
mortis.hoc ꝓbat tex.ſingu.in.l.apud celſum.§.iulianus.ff.de ex-
cep.doli.vbi donatio inter vir.⁊ vxo.facta ab infirmo lꝫ nõ ſiat
mẽtio mortis ex quo non põt valere in vim donationis inter vi-
uos valet in vim donationis cã mortis.⁊ ꝑ illũ text.ita ꝯcludit
generaliter in terminis noſtris inſignis doc.Lu.ro.in.l.q̃ dotis.
ff.ſol.ma.⁊ vidi pleroſqꝫ moder.illã opi.ſequi.pro hoc adduco
qꝺ ſingulariter voluit Bal.i ſuo ꝯſil.ꝙ incip.In chriſti noĩe qꝺ
iſta ſubtilis eſt.vbi ꝯcludit qꝺ ſi qs donat filio in pñte poſt mor
tẽ cũ hoc qꝺ nõ poſſit reuocari quo caſu cenſet̃ donatio inter vi
uos.l.vbi ita donat̃.ff.de dona.cã mortis.tamẽ ex quo facta filio
nõ valeret in vim donationis cauſa mortis. ꙗ dicit eſſe ſubtile.
¶Adduco etiã Pau.de caſt.in ſuo cõſi.cxix.incip.In chriſti no
mine notãdũ ⁊c.vbi vult quod ſi quis donat omnia bona q̃ ha-
bet ⁊ habitur⁹ eſt vſqꝫ ad tẽpus mortis cũ promiſſione de nõ re-
uocãdo ꝙ nõ habebit locũ.d.l.vbi ita donat̃.ex quo donatio in-
ter viuos preſentiũ ⁊ futuroꝝ nꝰ vꝫ iuxta plene not.in.l.ſin.C.
de pac.⁊ in.l.ſtipulatio hoc modo ꝯcepta.ff.de ver.oblig.⁊ ſic va-
lebit vt donatio cauſa mortis.⁊ omnia iſta videtur fundari in
illa vulgari regula que habet ꝙ debet act⁹ interpretari vt pot⁹
valeat quã pereat.l.quoties.ff.de reb.dub.⁊.l.quoties.ff.de regu.
iur.⁊ q: nõ preſumit̃ quis viã elegiſſe per quã impugnet iudiciũ
ſuum.l.miles qui deſtinauerat.ff.de teſta.mili.multum coadiu-
uant aliĩ teſtes deponentes de voluntate dicte donatricis extra
dictam donationẽ per quos ſatis datur intelligi qꝺ volebat do-
nare ⁊ diſponere reuocabiliter:⁊ ſic nõ in vim donationis inter
viuos qui teſtes licet hoc modo nõ plene probent tñ multũ ad-
miniculãtur ex quibus concludit̃ qꝺ licet nulla ſit facta mentio
mortis tñ donatio cã mortis ſuſtinetur.¶Nec obſt.ſi tertio loco
4 diceret̃ ꙗ †dictus tertius teſtis non fuerat requiſitus ſed ibi for-
tuito erat cõtra id qꝺ habetur in.l.heredes palam.§.in teſtamẽ-
tis.ff.de teſta.Itẽ non videbat donatricem ſed erat poſt cortinã
quo caſu teſtes in vltima volũtate nõ vident̃ ꝓbare qꝺ not.in.l.
ij.§.idẽ labeo.ff.de aqua plu.ar.⁊ in.l.ſi nõ ſpeciali.C.de teſta.qñ
ad hoc rñdeo.⁊ ad primũ qꝺ illud ꙗ teſtes debeãt eſſe rogati eſt
verũ in teſtamentis:ſecus autem in codicillis ⁊ donatione cau-
ſa mortis.l.ſi.C.de codicil.⁊.l.ſi.C.de dona.cã mortis.Itẽ pñt eſſe
femine.vt no.glo.cõiter approbata in.d.l.ſi.C.de codicil.lꝫ ſecus
ſit in teſtamẽtis.l.qui teſtamento.§.mulier.⁊ ibi no.ff.de teſta.ad
ſecundum autem rñdetur eodẽ modo qꝺ habet locũ in teſtamẽ-
5 tis:ſecus aũt in donatiõe cã mortis ⁊ in codicillis †⁊ in primis
qꝺ nõ habeat locũ in donatione cã mortis oſtẽdit̃ ratione:quia
quo ad modũ ⁊ formã ineundi equiparant̃ actibus inter viuos
⁊ nõ teſtamẽto vt voluit gloſſ.cõiter approbata in.l.ij.ff.de dote
prelegata.⁊ doc.cõiter in.l.ij.ff.de leg.i.in actib⁹ autẽ inter viuos
6 habet locum gloſſ.in.d.l.ij.§.idẽ labeo.†qꝺ teſtes poſt cortinam a
dũmodo cognoſcãt ꝯtrahentes plene probẽt ꝓut cõiter ibi ꝯ-
cludũt Bar.⁊ doc.quicquid ibi dicat Io.de imo.⁊ in.d.l.ſi non
ſpeciali.⁊ Bal.in.l.conuenticulã.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ Inno.⁊ Io.
an.in.c.preterea.extra de teſti.Item qꝺ non habeat locum qꝺ in
contrariũ adductum eſt in codicillis ⁊ donatione cã mortis ꝓ-
batur ratione ⁊ autoritate.ratione:nam hoc ſolũ reperit̃ ꝓhibi
tum in teſtamẽto in.d.l.ſi non ſpeciali.ergo cum regulariter va-
leat dictũ teſtimonium in codicillis ⁊ donatione cauſa mortis
remanet regula incorrecta.l.ꝓcipimus.C.de appel.⁊.l.ſancimus.
C.de teſta.⁊ per hoc glo.in.d.l.ſi.C.de codicil.dum vult quod fe-
mine poſſunt eſſe teſtes ex quo tantũ reperitur in teſtamẽtis pro
hibitum.probatur autoritate:nam reperio qꝺ hanc queſtionẽ
ita decidit in terminis inſignis doctor dñs Mathe⁹ ſilan⁹ i ſuis
notabilib⁹.not.cxxiij.vbi ꝯcludit qꝺ in codicillis ⁊ dona.cauſa
mortis teſtes poſt cortinã ꝓbant ⁊ hanc deciſionẽ refert ⁊ ſequi
tur elegãs doctor ⁊ preceptor meus domi. Alexan.de imol.in.d.
l.ſi non ſpeciali.¶Nec obſtat ſi quarto ⁊ vltimo loco obiiciatur

a ¶Et an ſtãte ſtatuto de q̃ ſupra poſſit ſaltẽ donare cauſa mortis ⁊ quot teſtes requirant̃ et an poſſit fieri pacto nudo vel in pſentia ſola partis.

7 q† dictus tertius teſtis poſt cortinam exiſtēs eſt frater carnalis
dicte donatarie. ⁊ ſic nō videtur q̄ poſſit in tam magna ſumma
deponere in fauorē donatarie per ea que ponunt doc. l. parētes.
C. de teſti. ⁊ in. l. q̄ teſtamento. §. i. ff. de teſta. q̄m ad hoc reſpōdet
q̄ frater pro fratre qui ſeorſum habitat ⁊ nō hȝ bona cōmunia
in cauſis leuibus eſt idoneus teſtis. in cauſis aūt grauibus non
eſt idoneus. ita cōcludit Spec. in ti. de teſte. §. i. ver. ſed nunqd fra
ter ⁊ hāc opinionē tenet Bar. poſt Jac. bu. in. d. l. qui teſtamēto.
§. i. licet dicat q̄ nō facit tantā fidē ſicut extraneus. ⁊ tenet glo. in
d. l. parētes. ⁊ tȝ Inno. in. c. inſinuāte. extra de offi. dele. ⁊ domi.
Anto. in. c. cū oporteat. extra de accu. ¶ Et ſcdm iſtā opinionē
que videt magis cōis nō obſtaret cōtrariū ex quo ſumus in cau
ſa ciuili. verū eſt quod Bal. ⁊ Saly. in d. l. parentes. volūt quod
8 † in cā ciuili ardua ⁊ graui non probat etiā ſemiplene propter
affectionem. tñ doc. ſupra allegati ſimpliciter loquūtur. nec for
te dicēda eſſet predicta cauſa grauis q̄ tñ relinquendū eſt arbi
trio iudicis p id quod no. in aut. preterea. C. vnde vir ⁊ vxor. ⁊ in
l. in bone fidei. p Salyc. C. de rebus credi. ⁊ per docto. in. l. admo
nendi. ff. de iureiurā. ⁊ Salyce. in caſu noſtro in. l. parentes. tñ iu
dex arbitratur cauſam non omnino grauamen tenēdo opinio
nē Bal. habemus dicere dictū teſtē nō eſſe omni exceptione ma
iorem: ſed aliqualiter inhabilem quo caſu non incōuenit quod
9 † eius inhabilitas ſuppleatur per habilitatem illius ſacerdotis
prout vult not. Bal. in. l. ſi quis ex argentariis. §. i. ff. de eden. ⁊ ſi
quuntur ibi Moder. ⁊ conſuluit Ange. in ſuo conſil. i. qui pun
ctualiter loquitur in teſte domeſtico ſimul cohabitante q̄ ſup
pleatur eius inhabilitas per habilitatē aliorum. ⁊ pūctualiter
quod etiam in teſtamēto inhabilitas vnius ſuppleat per habi
litatē alterius tenet Barth. de Salyce. in. l. dictātibus. C. de teſt.
ſuppleč etiā eius inhabilitas per alios teſtes examinatos per in
tentionē donatricis qui teſtes multū adminiculātur. vnde om
nibus cōſideratis arbitror iudicem his teſtibus fidem adhibere
poſſe in cuius arbitrium poſitum eſt quanta fides teſtibus adhi
bēda. l. iii. §. tu magis. ff. de teſti. ⁊ ita in ſpecie in terminis noſtris
decidit Jmol. in. d. l. qui in teſtamento. §. i. ⁊ quod pulchre not.
Paul. de caſt. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. ⁊ in. l. lucius. poſt
Bar. ff. de his qui no. infa. ¶ Ex quibus infertur deciſio ad vlti
mam dubitationē q̄ ſi dicta diſpoſitio ſufficienter probatur p
10 tres teſtes ita adminiculatos † licet nō poſſet valere vt donatio
cauſa mortis q̄ nulla mortis eſt facta mentio vel propter abſen
tiam donatarie valebit in vim fideicōmiſſi: ⁊ ſic vt donatio cau
ſa mortis improprie prout concludit per Cyn. ⁊ alios in. l. i. ff. de
dona. cauſa mortis. ⁊ per Bart. in. l. ſi quando. ff. de lega. i. ⁊ doc.
in. l. ii. eodem titulo. Laus Deo ⁊c.

¶ Conſilium. ccxxxvi.

1 ¶ Actio ſine ceſſione an competat creditori cōtra donatariū.
2 Res an tranſeat cum onere ⁊ quid in re legata.
3 Obligatio pſonalis an ſeqȝ ſingularē rei ſucceſſorē vl̄ vniuerſalē.

Dominus labia mea ape
riat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectū. ¶ Placet
cōcluſio firmata p ſupraſcriptū preſtantiſſimū docto
rem dominū Nicolaū altouitū olim diſcipulū meū in pſentiarū
fratrem bono ¶ Circa quā nihil eſt addendum cum elegāter ⁊
ſubtiliter fuerit per eum diſcuſſum. eſt enim clara cōcluſio quod
licet quādo donator in traditione rei donate apponit pactū q̄
1 † donatarius ſatiſfaciat creditori ipſius donatoris ex tali pacto
non queratur actio ſine ceſſiōe creditori cōtra donatarium vel quia
ſibi alio iure eſt ſuccurſum vt creditum ſuū petere poſſit vel q̄
in eū nulla liberalitas exercetur prout eſt caſus in. l. cum res. C.
de dona. tamen quādo donator apponit pactum quod donata
rius debeat aliquid ſoluere tertio in quem liberalitas exercetur
tunc fauore liberalitatis vel quia illi tertio non eſt alio remedio
ſuccurſum competit ſibi actio ſine ceſſiōe. caſus eſt in. l. quoties.
C. de dona. que ſub modo. qui tex. licet loquatur quando appoſi
tū eſt pactū vt aliqd ex re donata pſtet: tñ doct. intelligunt etiam
qñ donatur ſpecies ⁊ apponitur pactū de dāda pecunia a pari
tate rationis: vt concludit Cy. in. l. cunctos populos. ⁊ idē tenēt
Bal. Ange. ⁊ Saly. in. d. l. quoties. ⁊ eſt de mente Bar. in. l. ſtipu
latio iſta. §. ſi ſtipulor. ff. de verbo. obliga. ad fi. vbi ſimpliciter di
cit quod ex tali pacto fauore liberalitatis queritur actio ſine ceſ
ſione. ⁊ generaliter loquitur nō diſtinguēdo an apponač pactū
de ſoluendo aliquid extrinſecum rei donate vel aliquid ex re do
nata cū vtroqȝ caſu militet ratio aſſignata per Bart. ⁊ iſta opi.
eſt cōmunis ⁊ tenēda quicqd ibi dixerit Jo. de imo. ¶ Sed cōtra
2 hāc concluſionē facere videč q̄ † dictus donatarius legando di
ctam rem donatā donatrici poſtq̄ aliquod onus ſibi impoſitū
ſoluit videč legādo voluiſſe transferre in donatricē cum reſiduo
oneris ſoluēdi dictam pecuniam filio donatricis cui adhuc nō
ſatiſfecerat. iſta cōcluſio videč pbari ex duplici regula vcȝ ex regu
la ſcdm naturā. ff. de regu. iur. ⁊ illa que hȝ q̄ teſtator nō videtur
velle legādo heredi duplici onere. l. titia. §. q̄ inuita. ff. de lega. ii.
⁊ videč iſta cōcluſio cōfirmari p ea que no. gloſ. in vltimis verbis
in. l. debitori. C. de pac. ⁊ ar. eius q̄ habeč in. l. cū pater. §. menſe.
ff. de leg. ii. ¶ Confirmač etiā hoc idē: nam videmus q̄ ſi teſtator
legādo legatario apponat aliq̄ onus ⁊ deinde legatū trāſfe
ratur de vna pſona in aliā trāſlatū cenſetur cū eodē onere. caſus
eſt in. l. legatum. l. vltima in prin. ⁊ ibi no. ff. de adimen. leg. ⁊ in. l.
gaio. in prin. ff. de alimē. ⁊ ciba. lega. Jdē qñ admittič ⁊ remanet
apud heredē q̄ remanet cum eodem onere. l. ſi adimendo. ff. de
adimen. lega. igitur equum videbač ⁊ rationi cōſonum in caſu
noſtro q̄ cū res donata propter quā appoſitū fuerat onus do
natario trāſlata fuerit in donatorē q̄ trāſlata cenſereč cum eo
dem onere. ⁊ ſic q̄ donatrice acceptāte legatū onus fuerit trāſ
latum adeo quod illi filio nulla cōpetit actio cōtra donatarium
q̄ videtur donatricē ⁊ donatariū penitere potuiſſe. ar. eius q̄
ponit Bar. in. l. qui rome. §. flauius hermes. ff. de verb. oblig. ⁊ l.
iii. ⁊ quod ibi per Barto. ff. de ſeruis exportan. ⁊ iſta etiam vide
bantur primo aſpectu iſtam cōſultationem difficultare ¶ Qui
bus tñ non obſtātibus que vere nō obſtāt cōtrariā ſniam verio
rem exiſtimo q̄ imo dicto filio cōtra heredes donatarii cōpetat
actio prout cōcluſum eſt. ⁊ q̄ per dictā. l. legatū onus non intel
ligatur retrāſlatum in donatricem. ¶ Et hoc per regulam. l. ſ.
3 §. ſi heres. ff. ad treb. vbi habetur † q̄ obligatio pſonalis non ſeq
tur ſingularem ſucceſſorē rei ſed vniuerſalē. ⁊ ibi Angel. ⁊ Mo
der. ad idem tex. ⁊ ibi Ange. in. l. ſi debitori. C. ſi aduer. creditorē.
⁊ eſt bonus tex. in. l. ſi. ff. de cōtrahen. emp. igitur licet donatari⁹
eſſet pſonaliter obligatus ad dictam quantitatem pecunie pro
pter dictum fundum donatum tamen legando dictum fundū
non cenſetur res donata retranſlata cum eodem onere. ⁊ ad gl.
in. l. debitori. C. de pac. reſpōdeo quod ibi ideo ille qui dimittit
hereditatē illi a quo obtinuit videtur tacite cōuenire quod ſol
uat onera: quia de natura hereditatis eſt continere commoda
⁊ incommoda. ⁊ ita loquitur text. in. l. ii. §. penult. ff. de here. vel
actio. vendi. ita declarat Bar. ⁊ Bartholo. de Salyce. in. l. debi
tori. ex qua declaratiōe infero quod ſecus eſſet ſi fuiſſet dimiſſa
res ſingularis legatario: quia in legatarium non tranſeunt one
ra. l. hereditatem. ff. mandati. ⁊ ſic illa gloſſ. ita declarata p Bar.
⁊ Salyce. facit pro iſta parte. ⁊ ſecundum hanc diſtinctionem
eſt intelligenda regula ſecundum naturam. ff. de regul. iuris.
¶ Nec obſtat quod teſtator transferendo legatū videtur tranſ
ferre cum eodem onere quia caſus eſt diuerſus quando teſtator
appoſuit onus legatario propter rem legatā ⁊ antequam onus
adimpleret res eſt trāſlata: quia ex quo primo legatario onus im
poſuit de mēte teſtatoris a quo hoc totū dependet videtur eſſe
quo etiā ſecundus legatarius teneatur. facit quod habetur in
l. vnica. §. vbi autem. C. de cadu. tollen. ⁊ alius eſt caſus ⁊ alia ma
teria quādo teſtator propter aliquā rem hȝ aliquod onus a quo
non pōt ſe exonerare ⁊ teneč actione perſonali: an legando illā
rē videatur legare cū eodem onere. in quo puncto diſtinguendū
eſt prout diſtinguit Bart. in. l. quero. ff. de vſufru. leg. poſt glo. in. l.
pe. §. ſi. ff. de lega. iii. vcȝ q̄ aliqñ q̄s teneč ad onus pro fructibus
tm̄ habitare. ⁊ tunc tranſit tale onus. ⁊ ita loquič tex. in. d. l. que
ſtio. vbi vſufructuari⁹ tenetur ad collectas ⁊ tributa ac ſimilia
que ſunt onera q̄ re habita pro fructibus poſſeſſori imponunč.
vnde tranſeunt in legatarium vſuffructus rei. ¶ Aliquando ⁊
ſecundo quis tenetur ad aliquod onus ad quod fuit obligat⁹
pro habenda ipſa re legata. ⁊ tunc tale onus non tranſit in lega
tarium. ⁊ ita loquitur tex. in. d. l. pen. §. fina. per quē dicit Bart.
ſumendo illum tex. quod ſi emptor legat rem emptā adhuc pre
tio nō ſoluto non videtur legare cū onere ſoluendi pretium: ſed
illud ab herede ſolui debet. vbi etiā ita diſtinguit Bart. pro his
eſt etiā bonus tex. in. l. qui concubinam. §. qui certos ff. de leg. iii.
vbi ſi cōductor legat fructus rei conducte non videtur legare cū
onere ſoluendi penſionē ſed ab herede hereditatis penſio ſoluē
da eſt. ita dicamus in ppoſito cū donatarius tenetur actiōe per
ſonali illi tertio propter rem donatā habēdā hȝ illā poſtea lega
uerit: tñ legatarius non tenetur ad onus videč enim teſtatorem
liberalitate vti voluiſſe: ⁊ ſic ex premiſſis cōcluditur onus nō fuiſ
ſe retrāſlatū. ¶ Quinimo ſi fuiſſet retranſlatum quod eſt falſiſ
ſimum tñ adhuc nō potuiſſent preiudicare tertio cui ius erat iā
queſitum ⁊ iā purificata erat obligatio de preſenti nec erat ali
quo modo ſuſpenſa quia venerat tempus obligatiōis: quo caſu
ſumus extra difficultatē quā tāgit Bart. in. d. §. flauius. qui lo
quič qñ adhuc tēpus obligationis non venerat. ſecus eſt quādo
venit. vt in caſu noſtro q̄ tūc nullo modo poteſt illi tertio pıudi
care. l. ſi partē. § fin. ff. quemadmo. ſer. amittač. ⁊ probatur ex his
q̄ no. gl. in. l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. ⁊ in. l. certi cōdictio. §. ſi num
mos. ff. eo. ti. ⁊ ex no. per Bal. in. l. inſulā. §. ſi. per illum tex. ff. ſolu.
matrimo. ⁊ declarat not. Salyce. in. l. i. C. ſi man. ita fuerit alie. ⁊
do. Rapha.

do. Rapha. cu. ⁊ latius do. Alexan. in ſecũdo caſu per eũ conſiderato in d. §. ſlauius Hermes. Laus Deo ⁊c.

¶ Conſilium. ccxxxvi.

1 ¶ Iudex eccleſiaſticus quãdo poſſit inbibere iudici ſeculari qui primo preuenit.

Dominus labia mea ape-

riat ⁊ ſpiritus ſanctus illũinet intellectũ. ¶ Difficul-
1 tatẽ facere videbat̃ i caſu noſtro q̄ †nõ videt̃ p vicem gerẽtẽ auenionẽſem poſſe inbibere ſeu excõicare officiales ⁊ iudicem mercãtie lʒ corã eis eadẽ cã agitet̃ q̄ pẽdet corã dicto vicem gerẽte qui in cognoſcẽdo preuenit cum officiales ⁊ iudex ſint extra territoriũ excõicantis ⁊ non ſubditi per id qḋ habet̃ in. c. vt animarũ. de cõſtitutio. lib. vi. ⁊ in. l. extra territorium. ff. de iuriſ. om. iudi. ¶ Confirmat̃ hoc q̄ lʒ iudex eccleſiaſticus ſit maioꝛ tñ ex quo ſecularis habet ab alio iuriſdictionẽ quã eccleſiaſtic⁹ nõ videt̃ qḋ ab eccleſiaſtico impediri poſſit quo minus exerceat iuriſdictionẽ ſibi a ſtatutis cõceſſam iuxta ea que no. Bal. ⁊ Ang. in. l. iudiciũ ſolui. ff. de iudicijs. igit̃ cũ ſtatutũ cõcedat qḋ poſſint ꝓcedere non obſtãte qḋ lis alibi pendeat vr̃ qḋ a tali iudice eccliaſtico impediri non poſſit. ¶ Comprobat̃ hoc idẽ magis in ſpecie ex his q̄ not. ponit Bal. in. l. i. C. q̄ñ ⁊ q̄ñ iudex. allegãdo Fede. de ſen. ita conſuluiſſe vbi vult qḋ ſi clericus cõtra laicum in iudicio ſeculari producit falſos teſtes ⁊ accuſetur de falſo coram epiſcopo qḋ epiſcopus ꝓpter pendentiã queſtionis falſi nõ poteſt iudici ſeculari inbibere ne fungat̃ partib⁹ ſuis quãq̃ accuſatio falſi ſit ꝑiudicialis ⁊ maioꝛ ⁊ hoc euenit ꝓpter diuerſitatem magiſtratuũ quoꝝ quilibet hʒ iuriſdictionẽ pꝛincipalẽ ⁊ diuerſi fori. ⁊ ſi epiſcop⁹ ꝓpterea excõicaret iudicẽ ſecularem excõicatio eſſet nulla cum inciperet a p̄cepto epiſcopus iure inualido ſm̃ Fede. qḋ Bald. dicit eſſe no. dignũ. ¶ Ex quib⁹ patet quod licet in cauſa que agitatur corã ſeculari obeſt exceptio pendentie litis corã eccleſiaſtico tamen eccleſiaſticus non poteſt inbibere vel excõmunicare igitur foꝛtius idẽ videt̃ dicẽdũ in caſu noſtro tamen ex forma ſtatuti videt̃ qḋ talis exceptio pendentie litis nõ poſſit opponi. ¶ Sed premiſſis non obſtãtibus que vere nõ obſtant contrariã veriorẽ ſententiã exiſtimo qḋ imo dictus dominus Vicemgerẽs potuerit excõicare ⁊ inbibere apoſtolica autoritate. ⁊ ꝓ fundamẽto premitto qḋ q̄ñ iudex in aliqua cauſa preuenit cognoſcẽdo iuxta id qḋ habet̃ in. l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. et in. c. ꝓpoſuiſti. de fo. compet. ⁊ pendente lite alter vult in eadem cauſa cognoſcere ſi conuentus fuit contumax corã pꝛimo iudice non põt corã ſcḋo de litis pẽdẽtia opponere. vt declarat Barto. in. l. ſepulchꝛi. ff. de ſepul. violato. ſed an tũc iudex poſſit ſe opponere quod p̄ ſecundũ iudicẽ nõ ꝓcedat̃ tuẽdo ſuã iuriſdictionẽ declarat Barto. in. d. l. ſepulchꝛi. qḋ nõ ꝓſequoꝛ q̄ non eſt caſus noſter ex quo reus cõparuit. ſi vero cõuentus comparuit put in caſu noſtro: ⁊ tũc iudex pꝛimus poteſt ſe opponere ne ſecundus iudex procedat in cã que corã eo pendet q̄ intereſt ſua vt ſuam iuriſdictionẽ defendat. ar. l. pꝛime. ff. ſi quis ius dicẽ. non obtẽpe. ita inquit Bar. i. l. ſi marit⁹. §. ſi adit extrane⁹ in vltimis verbis. ff. de adulte. ex qua deciſione infero qḋ ſecũdus iudex cognoſcendo in eadem cauſa quia ſuam iuriſdictionem turbaret hoc caſu ita etiã dicit Lud. ro. in. l. quãuis. ff. de dam. infec. vbi dicit qḋ q̄ñ cõcurrit voluntas rei ⁊ iudicis poteſt pꝛimus iudex qui ꝑuenit pꝛohibere ſcḋm tanq̃ turbãtẽ ipſum in ſua iuriſdictiõe allegat no. per Innoc. in. c. dilectus. de penis. ⁊ in. c. i. de officio deleg. vbi hoc clare voluit Innoc. ⁊ domi. Ant. dicẽtes qḋ ſi aliqua partiũ impetrat literas ad aliũ iudicem dicitur pꝛimus in ſua iuriſdictioni turbari. igit̃ foꝛtius dicitur turbari ſi ali⁹ iudex vult cognoſcere. ⁊ hoc eſt ſatis clarũ. ¶ Ex quo fundamento concludo quod dict⁹ dominus Vicemgerẽs ⁊ commiſſarius apoſtolicus poteſt dictum officialem ⁊ iudices tanq̃ turbãtes ipſum in ſua iuriſdictiõe excommunicare quoniam cum procedat tanq̃ Vicemgerẽs autoritate apoſtolica poteſt excõicare quoſcũq̃ turbãtes ſuã iuriſdictionem cuiuſcunq̃ qualitatis ⁊ dignitatis ſint vt ꝓbatur in. c. ſane. el ſecũdo. ⁊ in. c. i. de officio delega. ⁊ ibi hoc volunt Innocen. ⁊ domi. Anto. quia cum iuriſdictio pape qua vtitur Vicemgerens ⁊ commiſſarius iuxta practicam quam ponit idem Anto. in. d. c. ſane. ⁊ ibi ponderat domi. Abb. extẽdatur ad omnes perſonas de mundo. ix. queſtio. iij. cuncta per mundũ poteſt vicemgerẽs omnes perſonas de mundo turbantes excommunicare ita dicit ibi domi. Anto. poſt Innocen. in. iiij. colum. ver. ad pꝛimum. ⁊ ratio eſt ſecundum domi. Anto. ibi. in. vi. not. Nã ſicut quando quis cõmittit delictum in territorio alterius qui ſubijcitur iuriſdictioni iudicis illius territorij. vt in. c. i. de raptoꝛibus. ⁊ in. c. i. de foꝛo cõpeten. ſic ex delicto in iuriſdictione cõmiſſo quis ſubijcitur iuriſdictiõi illius cuius iuriſdictio turbatur. ⁊ per hũc locum facit quod dicit Bald. in. l. nullum. C. de teſti. nec iuriſdictio iſtius ſecundum domi. Ant. qui gerit vices pape limitatur ad limites alicuius territorij in hac cauſa ſicut nõ limitat̃ iuriſdictio pape lʒ ſecus ſit in inferioꝛibus vel in gerentibus vices inferioꝛum a papa ſm̃ Innocen. ⁊ domi. Anto. ¶ Ex quibus patet ſolutio ad obiecta ad quem etiã particulariter reſpõdetur ⁊ ad pꝛimum quod imo non dicitur ferri ſentẽtia excõmunicationis in non ſubiectos extra territoriũ: q̄ imo fertur in ſubiectos ratione turbate iuriſdictionis que territorio nõ limitat̃. procedũt eñ allegata in cõtrariũ in iuriſdictione inferioꝛi nõ pꝛincipis vel eius vicẽgerentis. vt in. d. c. ſane. el ſecũdo. ¶ Nõ obſtat ſcḋm q̄ verũ eſt qḋ non poteſt iudex eccleſiaſticus impedire ne ſeculares ſua iuriſdictione vtãtur niſi per talẽ vſum turbaretur iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici quia tũc iudex eccleſiaſticus ratione turbate iuriſdictionis ſi eſt inferioꝛ poteſt excõmunicare omnes in ſuo territorio turbantes. ſi pꝛinceps vl̃ qui eius vices gerit omnes de mũdo autoꝛitate apoſtolica. d. ca. i. ⁊. d. c. ſane. cum ibi not. ⁊ ad ſtatutum vnico verbo reſpondetur q̄ nõ potuit tollere quominus eccleſiaſticus ſuam iuriſdictionẽ defenderet ⁊ turbãtes excõmunicaret iuxta tex. cũ ibi plene not. in. c. eccleſia ſancte Marie. extra de conſti. ¶ Nõ obſtat tertium qḋ in cõtrariũ adducebat̃ q̄ in caſu Bal. nõ turbatur iuriſdictio eccleſiaſtici quominus poſſit legitime ꝓcedere in cã que corã eo pendet licet illa ſit pꝛeiudicialis. vtitur enim iuriſdictione ſua in puniẽdo. ⁊ ſecularis ſua in cognoſcẽdo de cã pꝛincipali q̄ cognitio nõ affert ꝑiudicium in cauſa que pẽdet coram eccleſiaſtico ſicut quãdo eadẽ cauſa pendet. vnde termini ſunt diuerſi et diuerſe cõſiderationis igitur non eſt bona illatio. l. papinianus exuli. ff. de minoꝛi. ⁊ in re dubia debent iudices abſtinere ex quo agitur de periculo anime. c. in bonis. de ſponſa.

Laus Deo noſtro redemptoꝛi amen.

¶ Conſilium. ccxxxvij.

1 ¶ Teſtatoꝛ ſi ſubſtituat titiũ ⁊ filios ⁊ nepotes an omnes admittantur ſimul an oꝛdine ſucceſſiuo.

2 Subſtitutio quãdo ſit de patre ⁊ filijs indefinite intelligitur facta oꝛdine ſucceſſiuo.

3 Subſtituo verbum non impoꝛtat fideicommiſſariam ſed ſolũ vulgarem.

4 Interpretatio in dubio ſit pꝛo herede contra fideicõmiſſarium.

5 Fideicõmiſſum factũ poſt moꝛtem plurium an videatur factum ab vltimo moꝛiente.

Dominus labia mea ape-

riat ⁊ ſpũs ſanct⁹ illuminet intellectũ. ¶ Supraſcripti inſignes iuriſcõſulti qui ambo ꝑceptoꝛes mei fuerũt q̄bus plurimũ debeo pꝛepoſitã ſibi cõſultationẽ quam arbitroꝛ ſubtilem abũde ⁊ ſubtiliter enuclearunt ego aũt poſt terga optimoꝝ meſſoꝝ ſpicas nõnullas colligã. ¶ Et in pꝛimis arbi-
1 troꝛ illã concluſionẽ veriſſimam q̄ †Hieronymus ⁊ filij ⁊ nepotes pariter ad ſubſtitutionẽ admittant̃ pꝛout eſt cõmunis opinio in. l. gallus §. qdã recte. ff. de lib. ⁊ poſth. quam tenẽt docto. pꝛoconſulentes allegati. ¶ Quibus addo ⁊ quod eadẽ tenuerũt Hoſtiẽ. ⁊ do. Anto. in. c. raynutius. de teſtamẽ. qui per illum text. dicit qḋ inſtitutio ſeu ſubſtitutio relata ad duas perſonas diſpares in gradu ad vtrũq̃ que pꝛincipaliter refert̃ ⁊ nõ oꝛdine ſucceſſiuo. ⁊ idẽ tenet ibidem domi Abb. Modernus: idem domi. Cardi. q allegat etiã tex. ⁊ glo. in. c. raynaldus. eo. titu. idẽ Ioan. de imo. idem etiam Pet. de anchar in. xiij. q. in qua cõſiderat qḋ aliquãdo teſtatoꝛ vtitur nomine collectiuo ⁊ tũc ſeruatur oꝛdo l. pero. §. fratre. ff. de lega. ij. Aliquando ⁊ ſecundo teſtatoꝛ vtitur diſiunctiua. ⁊ tunc idem. l. cum pater. §. penul. ff. eo. tit. Aliquando teſtatoꝛ vtitur coniunctione copulatiua puta fratrẽ ⁊ filios: ⁊ tũc dicit quod ſolus oꝛdo charitatis abſtractus ab omni oꝛdine debiti naturalis in legatis ⁊ fideicommiſſis. ⁊ nõ habet locũ oꝛdo ſucceſſionis ſed ſubſtituti equaliter ſuccedãt. ⁊ ita dicit velle glo. in. d. l. gallus. §. quidam recte. ⁊ ſic intelligendum eſſe text. in. d. c. raynutius. ⁊ hanc dicit ſibi videri veritatem hanc eãdem opi. tenet Cardi. in. d. c. raynaldus. in quarta oppoſitio. ⁊ in. c. requiſiſti. in quarto nota. eodem titulo ſed quia data veritate huius cõmunis opinionis multum clara conſultatio predicta oſtẽditur quod vẽdicet ſibi locum in caſu noſtro idcirco aliqualiter circa hoc fundamentum inſtabo ⁊ in pꝛimis non videtur dicta opinio adaptari ad factum noſtrum: nã in caſu doctoꝛum decidit̃ quãdo ſubſtituo puta fratrem ⁊ filios. in caſu autem noſtro ſubſtituit Hieronymũ ⁊ filios ⁊ nepotes. ⁊ ſic videtur diuerſus caſus cum teſtatoꝛ digrediatur ad vlterioꝛem gradum vltra filios ex diuerſis autem nõ fit illatio. l. fina. de calumniatoꝛibus. ¶ Sed hoc nõ habet obſtare quod oſtẽditur autoꝛitate ⁊ ratione autoꝛitate nã hoc decidit Angel. in ſuo conſilio. xxxvij. incip. In dei nomine ⁊c. Cũ inſtitutio ſit de his. dicit enim Angel. qḋ ſi ſint demonſtrati tam pꝛimi quam ſecundi vel vlterioꝛes puta quia eſt inſtitutus pater ⁊ filij. ⁊ ſic ponit exemplum õ pꝛimis ⁊

ſecūdis. cum ergo Angel. dicit vel vlteriores manifeſte apparet
quod idem voluit Ange. ſi eſſent demonſtrati vltra filios etiam
nepotes. ⁊ tamē decidit qđ cenſerentur ſimul vocati per. l. ſi mu-
lieri ⁊ titio. ff. de vſufru. accreſcē. ratione autem oſtenditur quia
qua ratiōe demonſtrato patre ⁊ filiis qui ſunt in gradu diſpari
⁊ diſpariter ad ſucceſſionē admittentur. vt in aut. in ſucceſſione.
C. de legi. heredi. pari ratione etiam idem dicendum eſt ſi adiun
gātur nepotes quia non eſt dare rationem differentie. l. illud. ff.
ad legem aquiliam. ¶ Sed iterum fortius arguitur. Nam ſi ſub
ſtituo fratrē ⁊ eius liberos intelligitur facta ſubſtitutio ordine
ſucceſſiuo. vt concludit Ange. in conſilio preallegato. ⁊ clarius
Rapha. Cuma. in. d. §. quidam recte. ⁊ adducitur triplex ratio.
¶ Prima quia verbum liberos eſt collectiuū ſicut gens ⁊ fami-
lia ⁊ cognatio. ergo ſicut quando fit ſubſtitutio de cognatis vel
familia intelligitur ordine ſucceſſiuo. l. cum ita legatum. §. ſin. ff.
de lega. ij. ita quādo fit de liberis. ⁊ iſta fuit mens Angel. qui ta-
mē non explicat an frater preferatur liberis: ſed tamen qđ liberi
cēſentur vocati ordine ſucceſſiuo ſed hoc explicat Cumanus ſe-
cunda ratione dicens qđ ſicut liberi cenſentur vocati ordine ſuc
ceſſiuo ⁊ ſic prior in gradu preferetur pari ratione frater qui eſt
prior preferetur liberis vt equalis in omnibus ſit determinatio. l.
iam hoc iure. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ per hanc rationem ita reſpōdi
anno preterito ī ciuitate Ferrarie. vnde placuit reperiſſe Cuma
num qui adducit tertiam rationem. nam ſi iſtud ita diceremus
ſequeretur vnū abſurdū qđ ſi frater habet filiū ⁊ nepotē nepos
equaliter eſſet admittendus cum suo ⁊ tamen nō admitteretur
ſimul cum patre. vnde reducendo ad caſum noſtrum idem dicē-
dū videt̄ qñ quis eſt ſubſtitutus ⁊ filij q̄r verbū filij eſt collectiuū
ſicut liberi vt concludit Bart. in. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. ver.
ſecundo principaliter quero. ⁊ verſic. quarto principaliter que-
ro. ergo eodē modo dicatur facta ſubſtitutio ordine ſucceſſiuo.
¶ Sed ad hoc reſpōdetur qđ hoc eſt cōtra caſum in. d. c. raynu-
tius. ⁊ in. d. c. raynaldus. ⁊ ad argumentū reſpondetur qđ nomē
liberi eſt collectiuū plurium perſonarū exiſtentium in gradibus
diſparibus ⁊ tunc militant rōnes ſupra adducte ſed nomē hoc
vero filij eſt collectiuū pluriū perſonarū exiſtētiū in eodē gradu
⁊ ſic nō cadit illa qđ ratione diſparitatis graduum inter ipſos cē-
ſeatur facta ordine ſucceſſiuo. ¶ Ex qua reſponſione infero vnā
nouā concluſionem qđ ſi in loco eſſet ſtatutum qđ maſculi debe-
rent preferri feminis propter q̄ in tali fideicommiſſo maſculi de
berēt preferri per ea que not. Bar. in. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi.
ff. de operis liber. ⁊ Bar. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel.
⁊ Pet. de ancharan. in. l. tres fratres. ff. de pact. quod ex quo inter
filios eſſet ordo in ſuccedēdo ⁊ filij preferrētur filiabus eadem ra
tione preferretur pater ipſis filijs. ⁊ ad predicta bene facit qđ di
cit Pau. de caſt. in. l. fina. C. de verb. ſigni. vbi dicit per illum text.
ſe cōſuluiſſe quod ſi teſtator poſt mortem filior̄ mandauit fratri
bus reſtitui debet reſtitui coniunctis qui ex vtroq̄ latere pferū-
tur per predicta quod tū non firmo q̄r non eſt ad rem noſtrā. vñ
ex predictis nō puto quod recte ſenſerit ſecūdus conſulens cum
non faciat differentiam inter nomē collectiuum filios ⁊ liberos.
¶ Nec etiā arbitror q̄ de iure pcedat illud qđ in quarta ſua cō-
2 cluſione aſſerit ſcʒ qđ † qñ fit ſubſtitutio de patre ⁊ filijs indefini
te nō ſentiēdo de certis filijs intelligatur facta ordine ſucceſſiuo
argu. l. lucius. ff. de heredi. inſtituen. ⁊. l. titia ſeio. §. ſtis. ff. de lega.
ij. ſecūdum quod concludit Bal. in ſuo conſi. quod incipit. cha-
riſſimi quam opinionem in caſu noſtro etiam probo per textuʒ
quem ſic ſubtiliter induco in dicta. l. cum ita §. ſin. vbi probatur
quod aliquis expreſſe nominatus preferetur alius nominatis ſub
nomine collectiuo ergo cum fuerit Hieronymus expreſſe nomi-
natus ⁊ filij ⁊ nepotes collectiue videt̄ quod Hieronymus pri⁹
debuiſſet admitti quam filij aut nepotes. ¶ Sed his nō obſtan
tibus cōtrarium eſt verum ⁊ contra Bald. ¶ Primo adduco
caſum in terminis in. d. c. raynutius. vbi ſubſtituta fuit altero-
cha ⁊ ſoboles quam geſtabat in vtero. poterat autē habere plu-
res ⁊ pauciores filios vtero vt dicit Hoſtien. ad hoc. l. antiqui. ff.
ſi certū peta. ⁊. l. ſi pater. ff. de ſolutio. ⁊ ſic patet quod non ſenſit
de certis filijs ſed de incertis. ⁊ tamē admittuntur ſimul cū ma-
tre. ⁊ per illū tex. etiā confunditur ratio ſupra adducta p Bal.
cū ibi fuerit expreſſe nominata alterocha ⁊ ſoboles collectiue.
¶ Sed cōtra Bal. eſt caſus in. d. c. raynaldus. vbi fuit facta ſub-
ſtitutio de patruis ⁊ eor̄ filijs ⁊ ſic indeterminate non ſentien-
do de certis. ⁊ tamen filij admittuntur ſimul cum patruis ⁊ hoc
eſt propter virtutē copule ⁊ poſite inter perſonas q̄ de proprieta
te ſermonis ſimul illas vocat. l. j. §. ſi ita. C. de cadu. tollen. ⁊. l. ſi ti-
tio. ff. de vſufruc. amitten. ¶ Alias enim potius videretur quod
ordo charitatis debuiſſet attendi inter expſſe nominatos ⁊ cete
ros quia qñ fit expreſſa nominatio prius nominati cēſentur pre-
dilecti. l. quoties. ff. de vſufruc. Item quia circa incertos non ca-
dit affectio per id quod habetur. l. j. qui filiabus. ff. de lega. j. ⁊ in

l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. ergo nō poteſt eſſe eodem ordine affe-
ctionis: quia non entis non eſt dare ordinē ipſius ⁊ ad text. quē
ſupra p opinione Bal. induxi. ¶ Reſpondeo q̄ aliquando ali-
quis ſubſtituitur expreſſe ⁊ alij collectiue inter quos non cadit
ordo ſucceſſionis: ⁊ tūc iſti propter copulam etiā ſimul admittū-
tur. ⁊ ita procedit tex. in. d. c. raynutius. aliquādo quis vocat̄ ex-
preſſe ⁊ plures indefinite collectiue inter quos ē diſparitas gra-
dus ⁊ cadit ordo naturalis affectionis ⁊ ſucceſſionis: ⁊ tūc quia
inter eos ſuccedūt ordine ſucceſſiuo ita primo nominatus q eſt
prior in ordine prefert̄ illis ſaltē ex affectione q̄ primo eſt nomi-
natus. ⁊ ita pcedit tex. in. d. l. cū ita §. ſi. ff. de leg. j. ⁊ pro certo con-
tra Bal. eſt cōis mens omniū qui ſemp loquunt̄ qñ quis ſubſti-
tuit fratrē ⁊ filios indeterminate: vnde propter dictū cōſiliū nō
puto a dicta opinione eſſe recedēdū. ¶ Ex quibus videtur mihi q̄
defenſata ſit cōis opi. etiā in caſu noſtro. ⁊ ſi dicat̄ prout dicit ſe-
cūdus cōſultor cū Hieronymus eſſet tenere etatis quō potuit te
ſtator veriſimiliter cogitare q̄ ipſe ⁊ eius filij ⁊ nepotes ſimul de
berēt admitti. ¶ Rñdeo mentē teſtatoris fuiſſe qđ cū in euentu
cōditionis poſt mortē filiarū fuerit facta ſubſtitutio qđ Hiero-
nymus ⁊ illi filij ⁊ nepotes vel ipſor̄ alteri qui tūc eſſent in rerū
natura ſimul admitterent̄ ad dictū fideicōmiſſum vnde nō tollit
cōmunē opinionē dicta ꝯſideratio: ſed bene videt̄ multū obſta-
re illi ꝯſiderationi q̄ intelligat̄ de filijs ⁊ nepotibus natis ſaltē
tpe mortis teſtatoris p ea q̄ habentur in. l. ſi cognatis. ff. de rebus
dub. ⁊ in. d. l. cū ita. §. ſi. q̄r nō videt̄ q̄ teſtator potuerit hoc veriſi-
militer ſentire digrediēdo ad tot gradus vnde mens teſtatoris
videtur eſſe in contrarium ⁊ conſequenter dubium videtur fun
damentū. d. l. ſi cognatis. cum ſi. per ea que ponit ibi Bart. dum
allegat. l. qui filiabus. ff. de leg. j. ¶ Sed hoc quia eſt plene diſcuſ-
ſum per ſecundū conſultorē nō proſequor. ¶ Arbitror ergo fun
damentū ſolitum eſſe qđ ſimul fuerint ſubſtituti: ⁊ tunc hīc ſucce
dit elegans deciſio Joan. an. in rubrica de teſtamentis in addi-
tio. Specu. vbi vult qđ ex quo tempore mortis filiorum quo filij
Hieronymi ⁊ nepotes erant vocati ad fideicōmiſſum non eſſent
in rerū natura quo ad eos fideicommiſſum expiraret ⁊ eſt vera
deciſio quam etiam pulchre cōprobat ſecūdus cōſultor qui illā
etiam refert ⁊ ſequitur Ludo. roma. in ſuo cōſi. cccc xxxviij. inci-
pien. Omnipotentis dei ⁊c. In caſu conſultationis preſentis. in
quarto dubio vbi plene ad propoſitum dicit que breuitatis cau
ſa nō refero ⁊ hec iudicio meo intelligētibus ſufficerent. ¶ Sed
poſito qđ iudici placeret alia opinio qđ ſubſtitutio cenſeret̄ fa-
cta ordīe ſucceſſiuo ad hoc dico qđ dicti filij Hieronymi fuerūt
a fideicōmiſſo excluſi. ⁊ pro declaratione cōſidero. nā prout dicit
Pau. de caſt. in. d. §. quidā recte. qđ ordine ſucceſſiuo admittan-
tur. poteſt dupliciter īelligi. primo q̄ filio nō exiſtēte ſeu fratre
vel repudiāte eius filij admittātur ſed filio ſeu fratre exiſtente ⁊
acceptāte in totum expiret inſtitutio facta de fratre ⁊ filijs. ⁊ ita
intellexit glo. ⁊ etiā Bar. ſm Pau. de ca. ⁊ hoc modo intelligē-
do res eſſet deciſa q̄r cum fideicōmiſſum fuerat a Hieronymo ac
ceptatū ſuperſtitēte quo ad filios ⁊ nepotes dʒ expiraſſe. ¶ Secū
do modo poteſt intelligi qđ fratre admiſſo ⁊ demuʒ mortuo ve-
niant filij. ⁊ ſic frater cenſeatur rogatus de reſtituēdo filijs ſuis.
⁊ hūc modū intelligendi ſequit̄ do. Pau. de caſt. dicens qđ ſepe
de facto cōtingit. ⁊ qđ doc. nō declarāt. ⁊ idē voluit Pau. de ca.
in. d. l. gallus. §. etiā ſi parēte. eo. tit. ⁊ tenēdo hanc partē filij Hie
ronymi fouerūt inſtitiā ex quo tpe mortis Hiero. quo erāt voca
ti erāt in rerum natura per tex. ⁊ que ibi habent̄ in. l. cū pater. §.
hereditatē. ff. de leg. ij. ⁊ per Jo. an. in pallegata additio. ⁊ Lu. ro.
in preallegato cōſi. cccc xxxviij. ſed ſcđs ꝯſulens impugnare cona-
tur Pau. de ca. cui⁹ rationes pungunt in caſu in quo loquitur
Pau. de ca. prout illū impugnat inſignis pceptor meus do. Frā.
Areti. in. d. §. qdā recte. nā loquit̄ Pau. de caſt. qñ quis inſtituit
fratrē liberos ſeu filios quo caſu nō videt̄ qđ Pau. de ca. poſſit
verum dicere q̄r ſubſtitutio facta per verbuʒ directū ciuile prout
eſt verbū inſtituo cum a principio potuerit valere iure directo
nō vr̄ qđ obliquari poſſint. l. l. ſubſtitutiōe. ⁊. l. verbis ciuilibus.
uus nõ ſit totus meus ſed communis caſus eſt in.l.ij.ꝯ.allegata.
de cõditio.inſti.ergo datur intelligi ꝙ de ꝓprietate ſermonis et
non per fictionem res communis dr mea.⁊ ſi vř dici poſſe qd de
proprietate ſermonis commune meũ dici poſſit ⁊ ꝯſequenter qd
tale ſtatutum verificetur in illo qui ſcripſit aliquẽ creditorem in
libro communi ſocietatis.¶ Secundo ego reſpondeo quod cũ
Pau.eſſet gubernator ⁊ liber communis deſtinatus eſſet vt ibi
ſcriberet qd ſcribendo ad vſum deſtinatũ dici poterat ſcribere
in libro ſuo:q: quo ad diſpoſitionem etiam totius quo ad vſum
deſtinatum qd commune eſt meuꝫ dicere poſſum.l.in tantũ.§.in
cõmune.ff.de rerum diui.⁊ notat Bart.⁊ doct.ſequunř in.l.ſerui
elec.§.labeo.ff.de leg.j.traditur in.l.ſabinus.ff.communi diui.et
lꝫ nõ proprie diceretur meum ꝙ commune eſt:tamẽ iuris cẽſura
meũ dicitur ⁊ diſpoſitio que hꝫ locuꝫ in re mea locũ habet in re
cõi dicto caſu.Quis enim res cõmunis ſit tamen negare nõ poſ-
ſum rem meam eſſe vt dicit tex.no.in.d.l.illud.ff.de ritu nupt.vñ
iuriſconſultus ibi etiã in materia exorbitãti vult ꝙ lex loquens
in liberta mea verificetur etiam in liberta communi.⁊ ideo di-
cit Bal.in.l.j.C.qui teſtamenta facere poſſunt.ꝙ ſi ſtatutum gra
ui pena punit offendentẽ me in domo mea locũ habet in oſten-
dẽte me in domo communi q: dicitur mea.⁊ ſequuntur ibi An
ge.⁊ Pau.de caſt.⁊ Bal.in.d.l.illud.⁊ Pau.de ca.in.d.§.labeo.⁊
eſt communis opi.⁊ licet Bal.hoc limitet niſi haberem domum
communem cum offendente tamen illud eſt quando ego allego
rem meã ⁊ alius vult ſe defendere ꝙ eſt etiã ſua ⁊ ſic qd nõ eſt ſim
pliciter mea ſed in caſu noſtro eſt diuerſus caſus:q: ille q habet
rem communem non allegat reꝫ ſuam pro ſuo fundamento ſed
allegat rem eſſe alterius cum quo eſt communis et in hoc facit
fundamentum.vnde ſi hoc qd habeo in communionem poſſum
allegare in mei commodo contra aliũ in queſtione Bal.non dꝫ
mihi nocere ſi allego rem eſſe alterius ⁊ in eo qd partem habeaꝫ
nullum faciã fundamentum.arg.l.ꝙ fauore.C.de legi.⁊ in.l.iij.§.
ſi emancipatus.⁊ ibi Bar.ff.de bo.poſ.ꝯtra tabu.⁊ ſic ex doctri-
na Bal.communiter approbata deciditur caſus noſter ni fallor.
¶ Secundo reſpondeo conſiderando rationeꝫ quare ſtatutum
vltra hoc ꝙ quis ſit ſcriptus creditor manu debitoris requirit
ꝙ etiã debitor ſcripſerit in libro ſuo.nã ſola ratio dominij nõ vi
detur eſſe illa.ponantur enim duo caſus ¶ Primus qd aliquis
a capite vſq̃ ad finem tenuerit vnũ librum et totum ſcripſit qui
quo ad proprietatẽ erat alienus: quoniam ſcriptura cedit char
te in.§.litere inſti.de rerũ diui.⁊ ſemp illũ habuit apud ſe ſi intel
ligamus ꝙ eius debeat eſſe liber reſpectu dñij chartaruꝫ ſtatutũ
non habebit locuꝫ. ¶ Scds caſus ꝙ liber ſit meus reſpectu dñij
chartarũ ⁊ tamẽ ſemp fuerit apud aliũ qui ſemper in eo ſcripſe-
rit tamen in eo reperiatur aliqua partita manu mea in qua ſfa-
ciam me debitorẽ alteri⁹ certe ſtatutũ locũ habet:q: apparet par
tita manu mea in libro meo ⁊ tamen vtriuſ ratio oſtendit ꝙ fo-
tius deberet ꝓbare cõtra me partita manu mea in primo caſu:
q: minor eſt ſuſpitio falſi teſtis ex quo p me liber ſemp fuit reten
tus nec potuit ita de facili falſitas cõmitti in libro quẽ habebã
penes me ⁊ cõtinuo illum videbam ⁊ in illo ſcribebam.vnde ar
bitror ſtatutum intellexiſſe de eo qui ſcribit in libro ipſi⁹, hoc eſt
in libro retento ⁊ ſcripto per ipſum nõ in libro eius reſpectu do
minij chartarũ q: tale oſtium nullam remouet ſuſpicioneꝫ falſi-
tatis quam iura in hac materia conſiderant vt.l.exemplo.cũ ma
teria.C.de proba.⁊ ſic de libro eius in ſcribendo per eum retento
ſicut in ſimili dicit gloſſ.de quo ragaꝫij ⁊ fundo coloni.in.l.ij.in
prin.ff.de origi.iuris ⁊ p Bar.⁊ doc.iste in rubri.ff.de noui ope.
nuncia.¶ Ex quibus patet ꝙ ſtatutum ⁊ eius intentio verificã
tur in caſu noſtro ad quam intentionem prius recurrendũ eſt
vt in.l.cũ mulier.ff.ſolu.matr.⁊ in.c.intelligentia.⁊ in.c.preterea.
extra de verbo.ſignifi.¶ Quarto ⁊ vltimo reſpondeo quod ad
minus eadem ſeu ſimilis ratio eſt in caſu vt ex dictis in precedẽ
6 ti reſponſione patet:quinimo maior ratio eſt † in caſu noſtro
quoniam licet libris rationum non credatur in fauorem ſcribẽ
tis:vt in.d.l.exemplo perniciosum.⁊ per Bartol.in.l.admonen-
di.ff.de iureiuran.tamen ſcripturis ſociorum inter ſocios in fa-
uorem etiam ſcribentium creditur in his que ſunt veriſimilia li-
cet hoc totum relinquantur arbitrio iudicis ſecundum Nicol.de
mata.cuius opi.refert et ſequitur Bal.in rub.C.de fide inſtru.in
xiij.col.in ver.ſequitur videre de ſcriptis ſociorum.vnde cũ ma-
ior ratio vel ſaltem ſimilis ſit in caſu noſtro et res communis ad
minus largo modo dici poſſit ſua etiam in materia exorbitanti
extenditur ſtatutum ad iſtum caſum qui comprehendi poteſt la
to ſumpto vocabulo.arg.glo.in c.j.in verbo digatur.de electio.

⁊ gl. in aut. vt bi q ob. bab. ſe pbi. reo mi. §. j. ⁊ eſt tex. in. l. ſi filiū ba- beo. ff. ad mace. ¶ Quinimo dici pōt qḋ ex ſola ſimilitudine ra- tionis poteſt fieri extēſio lʒ caſus etiā impropꝛie nō cōprebende- ret etiā in materia exoꝛbitāti qꝛ ſumus in materia fauoꝛabili inducta ob publicā vtilitatē p id qḋ babeť in. l. illud. cū gl. C. de ſac. ſan. ec. ⁊ p Bar. in. l. ſi cōſtante in prin. ff. ſo. ma. ⁊ Jmo. late in l. ſi vero. §. de viro. qḋ autem materia ſit fauoꝛabilis ob publicā vtilitatem oſtēditur qꝛ tale ſtatutum in omnibus ſuis partibus apparet factū in fauorē mercatoꝝ vt artes ſecurius exerceri poſ ſint ⁊ nō poſſint mercatores fraudari. nulla autem alia ratio col ligi pōt ideo illa bꝫ pro expꝛeſſa. l. nominatim. ff. de lib. ⁊ poſtb. l. quamuis cū gl. C. de fideicō. p Bal. in. l. maximū vitiū. C. de lib. prete. ſtatuta aūt per q̄ pꝛuideť ipſis mercatoꝛib⁹ ⁊ artib⁹ vt me- lius artes exerceanť ptinēt ad ſtatutū ciuitatis ⁊ bonū publicū ſm̄ Barto. in. l. ambitioſa. ff. de decre. ab or. faci. in illa queſtione verū babētes arbitrium qḋ pecunia veniat in cōi poſſint ſtatue- re ꝙ ſummatim ius reddať mercatoꝛibus bene facit tex. in. l. ij. ff. de nūdi. ptꝫ etiā qḋ ſtatuentes pceſſerunt principaliter fauendo mercatoꝛibus ⁊ artificibus ex quo voluerū t qḋ ſtatutū predictū babeat locū etiā in preteritis ꝫtra regulā de qua in. c. fin. extra de cōſti. ⁊ per Bart. late in. l. omnes populi. de iuſti. ⁊ iur. in. v. q̄ōne prin. ¶ Ex quibus omnibus intrepide cōcludo qḋ dictum ſtatu tū vēdicat ſibi locū in caſu noſtro lʒ liber de quo agimus eſſet cō munis inter ſcribentes ⁊ ſocios creditores ⁊ pro certo nemo ſani capitis contra aſſereret ⁊ iſta vltimo loco dicta bene faciūt pro bis que ſupꝛa dicta ſunt in alijs difficultatibus ⁊ bec de iſta diffi cultate dicta ſufficiāt. ¶ Circa aliā difficultatē nūqd dn̄a Coſa vxoꝛ Laurētij poſſit dictā executionē impedire ſi pꝛocedatur ad executionem nō inſiſtēdo in verbis concludo ꝙ ſi dicta domina Coſa in quā ſunt trāſlata dicta bona per laudū ſciuit ⁊ ita pꝛo- beť cauſam datā inſolutū agitari ꝫtra Laurentiū ei⁹ virū ⁊ do-
7 minā Sādrā cū qua cām babebat ꝛ ſemp tacuit idē ſciuit ſnīaꝫ dationis in ſolutum latam ⁊ nō appellauit talis ſnīa ſibi in boc pꝛeiudicat vt nō poſſit dicte ſnīe executionē īpedere lʒ ſi ignoraſ- ſet poſſet executionē impedire. iſta glo. not. Jnno. in. c. cum ſuper ad ſi. extra de re iud. in gl. ſup verbo appellatiōis. vbi dicit quod quādo talis q erat in poſſeſſiōe terrē ignoraūit cām agi ſi cōpa- ret ad impediendā executionē ſnīa nō eſt mandanda executioni. ar. l. ſi. C. ſi p vim vel alio modo. ſi vero ſciuit ⁊ nō appellauit man dabiť ſnīa executioni. arg. l. ſepe. ff. de re iu. ⁊ c. quāuis. extra de re iudi. ⁊ ſic Jnn. decidit in terminis q̄ōnis noſtre cuius opinionē ſequiť ibi Jo. an. ſup tex. in dicto verbo. appellatio. vbi ſimplici- ter recitat glo. Jnn. ⁊ eā ſequitur. idem tʒ do. Anto. in. v. q. in. §. ⁊ tū. caſu: idē Car. in prima oppoſitione idē ſentit ibi Bal. dū dicit in ver. itē cōſidera an iſti cōtradictori ⁊ idē in effectu tʒ do. Abb. qn̄ ſumus in tertio ad quē principaliter pertinet defenſio put eſt in caſu nr̄o qḋ no. in. d. l. ſepe. ⁊ idē Jo. de imo. l. i. a ſnīa in prin. ff. de ap. ⁊ do. Alex. in. l. a diuo pio. §. ſi ſup reb⁹. ff. de re iudi. col. xvj. vbi dicit bāc eſſe cōem opinionē a qua in iudicando non eſt rece dendum. ¶ Ex quibus cōcludo qḋ ſi dn̄a Coſa ſciuit cauſam da tionis inſolutū agitari ⁊ ſnīaꝫ latā a qua nō appellauit qḋ eius cōtradictione nō obſtāte pcedi pōt ad executionem. ¶ Poſtre- mo ſiue agatur bypothecaria cōtra dn̄am Coſam ſiue procedať executiue arbitroꝛ qḋ dn̄a Coſa nō poſſit retinere dicta bona p iura ſibi ſententia reſeruato dn̄e Sandre etiam tranſlato in domi- nam Coſam: qꝛ iura ex quo dn̄e Sandre competebat actio pſonalia cōtra Joānē virtute ſnīe in dn̄am Coſam nō potuerūt transfer- ri niſi iura vtilia directa vō remāſerunt apud dn̄am Sandrā ⁊ ſic per ſolutionē factā do. Sādre anteꝙ aliqd ſolueret do. Coſe ⁊ anteꝙ denūciaret qḋ do. Sandre nibil ſolueret talia iura fuerūt extincta ⁊ ſublata. caſus eſt ſingularis in. l. iij. C. de nouatio. ⁊ pꝛo- batur in. l. nomē. C. q̄ res pig. obli. poſſunt. ⁊ de materia plene in. l. ſi cum emptoꝛe. ff. de pac. Laus deo.

¶ Conſilium. ccxlj.

1 ¶ Legitima filie monialis quanta ſit.
2 Statuta an patrocinanť eccleſijs ⁊ eccleſiaſticis perſonis.
3 Statuta cōtra libertatem eccleſiaſticam eſſe que dicantur.
4 Mulier rapta an poſſit nubere raptori.
5 Foꝛenſes an gaudeant beneficio ſtatutoꝛum.
6 Portio filie monialis excluſe a ſtatuto an applicet fratri vtriꝙ coniūcto: an vterino tantum.
7 Radice infecta omnia ſequētia ab ea corrupta cenſentur.
8 Dotis loco ſuccedit id qḋ dať mulieri ingredienti religionem.
9 Statutū diſponēs qḋ extantibus maſculis femine nō ſuccedant quomodo intelligatur.
10 Lucrum applicať illi cuius cōtemplatione remouetur.
11 Alienare in certa perſonam pꝛobibitus videtur etiam pꝛobibitus actum facere ex quo ſequať alienatio ex diſpoſitione legis.
12 Frater ab excluſa ſoroꝛe admittatur ad partem ſoroꝛis.
13 Perſona que nō admittitur ad partem nō facit partem.
14 Promittens vendere ad certum tempus an ſluxo tempoꝛe ſit li beratus ⁊ quid ſi pꝛomittat reuendere.
15 Confeſſio facta a perſona pꝛobibita non valet.
16 Jta quod: dictio: quid importet.

Dominus labia mea apiat ⁊ ſpūs ſanctus illuminet intellectus. ¶ Circa primā difficultatem quanta ſit portio dicte filie monialis cō ſultatio eſt ſubtilis ⁊ reducitur ad duo puncta que ſunt apud me noua ⁊ ſubtilia. vnde pro clarioꝛi inueſtigatiōe in primis pre
1 mitto quod ꝛ circūſcripta de iure municipali cenſetur legitima dicte monialis fuiſſe tertia protio quarte portionis bonoꝛū do mine Angele eius matris cum quatuoꝛ extā filij remanſerint de ducto ere alieno ⁊ funeris impenſis vt in. l. papinianus. §. quin- ta inuita aut. nouiſſima. C. de inof. te. nec dicta portio legitime di citur alterata ex eo qꝛ fuerit effecta monialis vt eſt caſus in. l. deo nobis. C. de epiſ. ⁊ cle. idē ſi eſſemus in terminis ſtatuti poſiti ſub rub. quod mulieres non babentes filios ante reformationem cō ditā de anno. M. cccclxij. que incip. itē pꝛouiderūt ⁊ ordinarūt ⁊ res fuiſſet clara: quia legitima omnium filioꝛum fuiſſet dodrās ⁊ ſic tres quarte bereditatis ⁊ cōſequēter q̄rta portio triū quar tarū fuiſſet legitima augmentata per ſtatutū adeo quod nō po tuiſſet tolli etiā diſponendo ad pias cauſas pꝛout conſuluit Fe de. de ſenis quem refert ⁊ ſequiť Dn̄icus de ſancto Gemi. in. c. ſi. de immu. eccle. li. vi. ⁊ Bald. in ſuo conſi. qḋ incipit in xp̄i nomi ne amen. in q̄ōne q̄ queriť. ⁊ Bal. in alio conſi. qḋ incipit in no- mine dn̄i amen. viſis actis ⁊ actitatis. idē conſuluit Joā. cald. in cōſi. xx. in ti. de cōſtitu. ⁊ Pe. de anch. cōſi. xxiij. incipiē. vſ pria fa- cie dicendū. ⁊ ita etiā cōſuluit do. Abb. conſi. lxiij. incip. ſtāte qua dā cōſtitutione. ⁊ ſm̄ banc partem reperio relatum dn̄m Card. cōſuluiſſe in cōſilio qḋ incipit ſtatuit ciuitas vtēbrenſis moneť per dd. per eum in repetitione. c. perpendimus. extra de ſenten. ⁊ excom. vbi in ſimili ſtatuto conſuluit qḋ ex ea potuit ſtatui vt bona apud filios conſeruarentur etiā in pꝛeiudiciū eccleſiarū. arg. c. quicunꝙ. xvi. q. iiij. facit qḋ not. Bal. in. l. j. in. v. col. verſi. vlteri⁹ quero. C. de ſacroſan. eccle. pꝛedictis obſtaret qḋ dicta filia de q̄ agimus eſſet monialis. nam licet Pe. de anch. in repe. c. canonū ſtatuta. de conſti. in. xij. q. ver. bic etiam quero vtrū ſtatuta gene
2 ralia. velit quod ꝛ ſtatuta generaliter loquentia quantumcūꝙ fa uoꝛabilia niſi per eccleſiam appꝛobata non patrocinentur eccle ſijs ⁊ perſonis eccleſiaſticis per tex. in. c. eccleſia ſancte Marie de conſti. ⁊ per no p Jo. an. in. c. j. extra de no. ope. nūc. bene faciunt no. l. c. ſi. extra de ſolu. ⁊ idē tenet ſolēnis doctoꝛ do. Mattbe⁹ de matbeſillanis no. cxj. incip. no. vnā ſacroſam vtilemꝙ doctrinā vnde dicit qḋ ſtante ſtatuto Boſſ. qḋ exiſtentib⁹ agnatis vſꝙ ad quartum gradū filia femina nō ſuccedit nō potuerunt agnati clerici boc ſtatuto vti. ⁊ banc opinionem attentat Jo. de imo. in d. c. eccleſia ſancte Marie. ⁊ Lud. ro. ſing. cccci. incip. babeo caſū in facto. tū dicta opi. cōis non teneť. contrarium eīn decidit bal. in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. ⁊ fide catbo. col. xi. verſi. ſed vl terius querit. vbi cōcludit quod ſtatuta generaliter loquentia i cludunt clericos incluſione fauoꝛabili. ⁊ ideo dicit quod ſi ſtatu tum dicit quod ſtātibus maſculis filijs filia femina non ſucce- dat includunť filij clerici ⁊ mona. arg. c. dilecti. de fo. compe. vbi boc idem tenet do. Abb. ⁊ in. c. ſi is adiutoꝛiū. x. di. vbi boc idem tenet do. Abb. Mod. ⁊ ita etiā latiſſime cōſuluit Joā. de ligna. quod conſilium ponit Lapp⁹ ſua allegatio. cvij. ⁊ boc ſequūtur do. Ant. ⁊ d. Abb. contra Moder. in. c. quod clericis. extra de fo. compe. ⁊ do. Abb. in repe. c. eccleſia ſancte Marie. colū. xxxi. ver. ſecundus caſus. ⁊ vtrobique vide reſpōſiones ad dictum. c. eccle- ſia ſancte Marie. ad idem tex. ⁊ ibi do. Abbas in. c. conſitu. de reſtitu. in integ. idem tenet Cardi. in repe. c. perpendimus. extra de ſenten. excōmu. ver. ſed quero quid ſi conſtitutio ⁊ quia iſta eſt cōmunis opi. ⁊ communiter obſeruatur idcirco ſuper boc vlte- rius non inſiſto: ſed cōcludo qḋ virtute dicti ſtatuti portio dicte monialis fuiſſet quarta pars trium quartarū. Quibus p̄miſſis ſtat in caſu noſtro difficultas nunquid dictum ſtatutū quod in cipit pꝛouiderūt ⁊ oꝛdinarūt afficiat dictam filiam monialem ex quo non eſt ſuppoſita iuriſdictioni ſtatuentium ⁊ nō cōfert ad grauedines neꝙ erat ſuppoſita tempoꝛe dicti ſtatuti conditi ⁊ ſic remanet in diſpoſitione iuris cōmunis ⁊ per conſequēs eius legitima portio ſit tertia pars quarte partis. an vero nō afficiat ⁊ ſic ſumus in terminis dicti primi ſtatuti. ⁊ in bac difficultate quantū ad ppoſitā materiā cōſiderandam puto qḋ aliquando ſtatutū aufert ea que cōceduntur a iure cōmuni aliquando ⁊ ſe- cūdo ſtatuta auferūt illud ꝙ ab alijs ſtatutis concedebať. ¶ Cir ca primam cauſam dici ſolet qḋ aliquando ⁊ priuatio ſtatutū ge neraliter loquitur ⁊ tempoꝛe cōditi ſtatuti perſona de cuius ex- cluſione agimus eſt clericus ſeu pſona religioſa puta dicit ſtatu tum quod ſtantibus maſculis filia femina non ſuccedat. ⁊ boc

caſu filia

caſu filia q̄ eſſet monacha tpe ꝯditi ſtatuti nō cōpꝛehenderetur
q2 ſtatutū hoc caſu iniecit vinculū poſt monachatū.vn̄ nō ligat.
⁊ hoc ex defectu ꝑtātis qm̄ nulla ſecularis ꝑtās pōt aliqd ſtatue
re.ꝙ ita liget aut afficiat clericū vel aliā pſonā religioſam.vt in
c.eccleſia ſancte Marie ⁊ l.c.que in eccliarū.de cōſti.cū his q̄ vtro
biqꝫ plene notant.⁊ pbat ex his q̄ ponit Jo.and.in regula ſine
culpa.de re.iur.in.vi.vbi vult ꝙ cōſuetudo que inducit ꝙ primo
genitus ſuccedit in regno ſi tpe quo inducit cōſuetudo vel ſtatu
tum ſcdogenit⁹ eſt pſona religioſa nō afficit talis ſecūdogenit⁹
⁊ pbat ex his q̄ ponit Lappus ſua allegatione cēteſima.⁊ ita &
cōſuluit do.Ant.⁊ do.Pe.de ancha.put refert do.Abb mod.⁊
ſeqtur in dicta repeti.capituli eccleſia ſancte Marie.⁊ idē3 tenet
in.d.c.qđ clerici.col.xij.ver.⁊ facit l3 ꝛc.⁊ e3 Bal.l.d.l.cūctos po
pulos in loco.ſ.allegato.vbi vult ꝙ ſtatutū generaliter loquēs
nō includit clericos incluſione odioſa:aliqñ ⁊ ſcđo etiā ſtatutū
generaliter loqtur ⁊ tpe cōditi ſtatuti ille de cuius excluſione tra
ctamus nō eſt clericus ſ3 laicus ⁊ tūc ſtatutū dr̄ inieciſſe vinculū
añ clericatū ſeu monachatū quo caſu ſemp talis pſona aſtringit
gratia exēpli qñ ſtatutū dicit ꝙ ſtantibus maſculis femina non
ſuccedit nā tūc ex quo eſt iniectū vinculū ante clericatum ligat
tali ſtatuto etiā facta mōacha put plene ꝯcludit Jo.an.in dicta
regula ſine culpa.⁊ do.Abb.in dicta repe.⁊ Lappus in alle.cente
ſima.ita etiā in terminis decidit do.Anto.in.c.quod clericis de
fo.ꝯpe.q dicit ſe ita cōſuluiſſe.⁊ ſequit Jo.de imo.⁊ ſeqnitur ibi
do.Abb.⁊ ſm hanc ꝯcluſionē conſuluit do.Pau.de caſtr.in ſuo
ꝯſilio mihi.ccccxxv.inci.in Chriſti noie amen.pͥmū dubiū quo
querit.⁊ Lud.ro.in.l.ſtipulatio hoc mō cōcepta.ff.de verb.obl.⁊
ita etiā decidit Jo.calđ.in ſua diſputatione q̄ incipit ſtatuto ci
uitatis caueť.ſequēdo ⁊ declarādo dictā doctrinā Jo.an.l.dicta
regula ſine culpa ⁊ ponit etiā no.Pe.de anch.in repe.c.j.de cō
ſti.in.xj.q.pͥncipali.ver.accedit qđ diſputationis ⁊ Pe.de anc.
in repe.c.poſtulaſti.in.v.q.¶ Licet ꝫ attentēt Bar.de ſaly.l aut.
caſſa.C.de ſac.ſan.eccle.qñ tpe quo delata ſucceſſio eſſet clericus.⁊
ꝑceptoꝛ meus Areti.in.d.c.qđ clericis.qđ nō proſequoꝛ.
¶ Aliqñ ⁊ tertio pſona de cuius excluſiōe ꝯgimus non erat reli
gioſa tpe cōditi ſtatuti ſ3 ſtatutū nō loquit generaliter ſ3 ſpecifi
ce puta de excludēdis feminis religioſis ⁊ in hoc fuit duplex opi
nio.¶ Prima ꝙ aut ſtatutū loquit de ingrediente monaſteriū
ꝙ ingrediens monaſteriū non ſuccedit vel ſi quis ingreditur et
tunc ſtatutū valet:q2 dr̄ diſponere circa laicū q2 laicus eſt ille qui
ingredit ſicut inuenis moꝛit.ſi vero ſtatutū loquit de iam ingreſ
ſo ⁊ nō valet q2 ſtatutū circa iam ingreſſum vt non ſubditū non
pōt diſponere.ita in effectu cōcludūt Bar.⁊ Bal.l.i.ſi.C.de pac.
⁊ Bal.in.l.deo nobis.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ refert ⁊ ſeqnit Pet.de an
cha.in repe.c.j.de cōſti.in .xj.q.pͥncipali.ver.ad idē querit ⁊ va
let ſtatutum.¶ Scđa eſt opi.magis cōis ꝙ tale ſtatutū nō valet:
q2 videret ꝙ ſi a ſucceſſione repelleret de facili poſſet ab ingreſſu
religionis detrahi ⁊ ſic eſſet impedimentū vite ꝯtemplatiue per
id ꝙ hr̄ in aut.de ſanc.epiſ.§.ſed hec de pͥti.⁊ iſta3 partem tenet
do.Abb.mod.in.d.repe.c.eccleſia ſancte Marie.col.xxx.verſ.cir
ca iſtū caſum.⁊ hāc opi.tenet Joā.de imo.Ludo.ro.⁊ Moder.
in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.ob.⁊ Jo.de imo.et
Dñicus de ſancto Gemi.in.c.quāuis.de pac.in.vi.ita etia3 tenet
Pau.de ca.in.l.ſi quis id qđ.ff.de iuriſdi.om.iudi.dicēs ſe ita con
ſuluiſſe.⁊ eſt cōſilium eius.ſ.allegatum numero.ccccxxv.⁊ Ma
thefilla.no.cl.⁊ Ja.but.in.l.deo nobis.⁊ Bald.in.l.omnes popu
li.in.xi.col.ver.ſed qđ ſi ſtatutū diceret ꝙ monachus.ff.de iuſt.⁊ iu
re.⁊ Ang.in ſua diſputatione q̄ inci.nobilis qdā genere.in pen.
col.⁊ qđ no.Pe.de anc.in ſuo ꝯſilio.cdxviij.incipiē.pro ⁊ contra
ꝛc.⁊ q2 illa eſt cōis opi.⁊ nō cōpꝛehēdit caſum de quo.agim⁹ iđ
nō proſequoꝛ.¶ Circa ſcđm caſum eſt aduertēdū ꝙ aliqñ et pͥ
mo ſtatutum mere eſt pꝛiuilegiatiuū eccleſie:q2 cōfert ſpecifice in
eccleſiā aliqđ priuilegiū.⁊ hoc caſu etiā reperio duas opiniones
¶ Prima eſt ꝙ ſtatutū nō pōt pꝛiuilegiū tollere.gratia exempli
ſi ex foꝛma ſtatuti q̄libet anno eleemoſyna eccl'ie vel pio loco fie
ri d3 non pōt hoc ꝑ aliud ſtatutū tolli.ita dicit Barto.per illum
tex.in.l.pꝛiuilegia.C.de ſac.ſan.ec.ad idē3 allegat tex.in.c.ad apo
ſtolicā.extra de ſimonia.per quē3 ita e3 Dominic⁹ in.c.que in ec
cleſiarū.in.iij.col.ver.venio ad tertiū.extra de cōdi.⁊ dominicus
in.c.j.in vltima oppo.de conſti.in.vj.ita etiā tenet Inno.ꝑ illum
tex.in.c.nouit.in ver.Theodoſi⁹.quē cōiter doc.ſequunť.de iud.
⁊ arc.in.c.quicūqꝫ.xj.q.j.⁊ idē voluit Inno.in.c.nup.extra de re
ſti.¶ Secūda fuit opi.Fulg.⁊ Pau.de ca.in.d.l.pꝛiuilegia ⁊ Sa
ly.in aut.nouiſſima.in.v.q.C.de ſac.ſan.ec.q dicūt ꝙ ſtatuētes po
ſunt talia eoꝝ ſtatuta tollere.ar.§.ſed naturalia.inſti.de iure na
tura.gen.⁊ ciuili.⁊ idē tenet Fulg.in.l.ſi quis curialis.vbi bonum
tex.⁊ ibi Bal.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ Cy.Imo.⁊ Mod.l.l.nō amplꝰ.in
pͥn.ff.de leg.j.⁊ q2 hic nō eſt caſus noſter quē nō determino pro
nūc.¶ Aliqñ ⁊ ſcđo ſtatutū cōfert aliqđ beneficium generale ita
quod cōpꝛehēdūtur laici ſicut clerici put dixi in pͥn.puta eſt ſta

tutum ꝙ ſtantibus maſculis femina non ſuccedit dictum ſit ſta
tutū qđ tale ſtatutū3 non pſit clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis
ſeu nō ꝯferētib⁹ius put in caſu noſtro mř in ꝑiudiciū filioꝝ non
poſſet diſponere ut ꝫ de quarto.¶ Demū ſit ſtatutum ꝙ tale ſta
tutū nō pſit nō ꝯferētib⁹.⁊ hic caſus eſt ſeparat⁹ a ſupioꝛib⁹ vt
p3.⁊ ſic ad fugiēdā equiuocationē ne ꝯtingeret paralogizare ne
ceſſariū eſt nō extra rē ſed ex re ⁊ ad rem dictū caſū ꝯſiderare.vñ
in hoc caſu pͥmo aſpectu in caſu noſtro videbatur ſtatutū affi
cere perſonas eccleſiaſticas ⁊ eas reducere ad ius ꝯmune.⁊ ꝑmit
to ad hoc oſtēdendū illud qđ dicit Bal.in.c.eccleſia ſancte Ma
rie.extra de cōſti.in.ij.q.vbi querit an ſit alia an aliqd ſtatuatur
cōtra ius eccleſie an cōtra libertatē clericoꝝ vel eccleſiarū.Rñdet
qđ ſic q2 l3 neutrū ſtatutū valeat vt in.d.c.eccleſia ſancte Marie.
tñ plus punit qui ſtatuit contra libertatem eccleſiaſticam:vt in
aut.caſſa.C.de ſa.ſan.eccl.⁊ in.c.nō min⁹.⁊ in.c.aduerſus.extra de
imu.ec.¶ Aut quinto volumus dicere dictum ſtatutū perſonas
eccleſiaſticas non afficere:q2 ſit contra libertatē eccleſiaſticā qua
tenus ſtatuentes voluerūt perſonas eccleſiaſticas includere ⁊ oſ
3 cendum vř ꝙ †non dr̄ contra libertatem eccleſiaſtica3 qm̄ illa ſta
tuta dicunť ꝯ libertate3 eccleſiaſticā vel que auferūt aut diminu
unt pꝛiuilegia cōceſſa eccleſijs vel perſonis eccleſiaſticis a papa
vel ab imperatoꝛe put cōcludit Bar.in.l. cūctos populos.C.de
ſum.tri.⁊ fide catho.⁊ Cy.⁊ Saly.in aut.caſſa.C.de ſac.ſan.eccl.⁊
Barto.in ſuo cōſilio qđ incipit dñi pꝛioꝛes.⁊ Bal. in aut.ſtatui
mus.C.de epi.⁊ cle.Bal.in.l.j.§.ius autem ciuile.ff. de iuſti.⁊ iu.
ſed ſtatutum de quo agimus non eſt hmōi ergo ꝛc.vel dicitur cō
tra libertatem eccleſiaſticā magis late qñ clericis auferunt ea q̄
ſunt conceſſa a iure cōi canonico vel ciuili put tenet Bal.Saly.
Fulg.⁊ Pau.de caſtr.in aut.caſſa.C.de ſa.ſan.ec.in illa queſtione
vtrum valeat ſtatutū ꝙ idē ius reddit clericis in curia ſeculari
qđ redditur a laicis in curia eccleſiaſtica.⁊ Pet. de anc.l repe.c.
j.de conſti.q.xj.vbi refert ⁊ ſequit Bal.⁊ do.Ane.⁊ Imo.in.c. cū
eua.extra de elec.⁊ d.Cardi.in repe.c.perpendim⁹.extra de ſen.ex
com.ſed illud ſtatutum non eſt hmōi ſed tamen aufert beneficia
ſtatutis.vnde conſuluit inſignis doctoꝛ dominus Signoꝛilus
de homodeis de mediolano ſimul cum pluribus doctorib⁹ put
refert ad plenū Albe.de ro.in queſtionibus ſtatutoꝝ in.ij. par
te qōne.ij.quod nō pōt dici cōtra libertatē eccleſie illa lex ꝑ quā
limitat ptās ſubiectoꝝ circa res ſuas per ea que dicit Ja. bu.in
d.aut.caſſa.⁊ dicit pꝛobari illud ad.l.fal.in pͥn.⁊ inſti.de ſucceſ.
libertoꝝ.§.ſed noſtra.⁊ ſic talis limitatio induceret pꝛiuationē
lucri pſonarum eccleſiaſticoꝝ.l.i.§.ad municipiū. ff.ad.l. fal.⁊ in
l.ſi quis ad declinandū.cum ſi.C.de epiſ.⁊ cle.¶ Quinto fortius in
caſu noſtro in quo nulli⁹ ptās reſtrin . . .r quod poſſit in eccle
ſias pꝛoꝛogare ſed ſolū3 diſponitur quod quatenus in ſucceſſio
nibus diſpoſitio ſtatutoꝝ eſt amplioꝛ q̄ iuris cōis non pſit non
cōferentibus.⁊ eo maxime q2 in caſu de quo agimus per ſtatuta
nihil ſpecialr̄ cōceſſum erat perſonis eccleſiaſticis ſed ſtatuta ge
neraliter loquebantur.nam ſicut in oī arte ⁊ ſuffragio canones ⁊
leges curant eoꝝ libertatē tueri ita nō debent laicoꝝ libertatem
quam populi habēt in caſſando ⁊ imutādo eoꝝ ſtatuta mutila
re ſi eñ in totū tollerent nō reformare poſſent.l.iuris gentium.§.
adeo.ff.de pac.l.qđ de bonis.§.fin.ff.ad.l.fal.⁊ ad ꝑdicta eſt bo
nus.tex.in .c.j.ver.eccleſia.de aliena.feudi.⁊ ſic non poteſt dici il
lud ſtatutum non afficere perſonas eccleſiaſticas ex eo q2 ſit con
tra libertatem eccleſiaſticā.aut volumus dicere qđ perſonas ec
cleſiaſticas non afficiat ex eo quia reſpiciat perſonas non ſubdi
tas.ar.d.c.eccleſia ſancte Marie.⁊ hoc etiam non videtur dicen
dum in pͥmis tenendo illam opinio.⁊ alia3 alioꝝ in.d.aut.caſ
ſa.qui voliſe qđ beneficia ſpecifice in eccleſijs collatiōis ex foꝛma
ſtatutorum poſſunt per alia ſtatuta tolli de qua.ſ.dixi ergo foꝛ
tius qđ qñ nihil ſpecifice ſtatuta in eccleſias cōferunt ſed genera
liter loquunť.vt in caſu nr̄o.⁊ l3 illa opi.nō eſſet vera tñ in caſu
noſtro ex alio vř qđ dictum vltimū ſtatutū afficiat pſonas eccle
ſiaſticas pꝛout decidere Bal.videť in terminis in.l. de quibus.ff.
de legi.qđ.vi.col.xix.vbi dicit qđ hoc caſu clerici qui ſine peccato
includi poſſunt ſicut foꝛenſes laici ſi ſtatutū dicit qđ bñficia ſta
tutoꝝ nō pꝛoſint nō ſubiectis:q2 habitu meo nemo vti pōt niſi
quatenus et volo vtatur ergo ſuo ceſſante ſtatuto ⁊ ſum⁹ iure cō
muni.l.ſed ⁊ milites.ff.de excuſa.tu.nam qui beneficiū non impē
dit nullā iniuriā facit.potuit enim populus ſenenſis auxiliū et
fauoꝛē ſuū quē in genere cōmuni conant clericis ⁊ laicis denega
re poſtea clericos relinquendo eos ſub auxilio iuris communis.
nec clerici ſeu perſone eccleſiaſtice dicta reformatione ligant ſed
ei ſtatuta cōmunis ſenarum amplius nō patrocinant qđ nō in
cōuenit ſicut alibi dr̄ meū non eſt tibi denego auxiliū.l.j.C.ſi ad
uerſus vendi.⁊ l.aſſiduis.C.q po.in pigno.habe.pꝛout in ſimili
materia dicunt Ja.but.in.d.aut.ſtatuimus.⁊ Bald. in.d.auten.
caſſa.hñ facit qđ dicit Dominicus in.c.ſancta.ij.q.vij.⁊ Bal.in
repe.l.ſi.in vlti.charta.ver.ſuper.y.C.de ſacr.ſan.eccle.et hunc de

terminat Bal. in d. l. de quib⁹. refert ⁊ ſequit illuſtris doctor do-
minus Pe. mauroceuus Car. venetus in c. ſi. extra de imu. eccl.
in. vj. Et hãc opi. tʒ Bal. in repe. l. cũctos populos. C. de ſum. tri.
⁊ fide cath. col. xxvij. ⁊ Bal. in l. ſi quis cartulis. per illuʒ tex. C. de
epi. ⁊ cle. ¶ Sed in contrariũ q̄ perſone eccleſiaſtice nõ afficiãn-
tur dicto ſtatuto vr̃ oſtendi. nã vt inquit Bart. in aut. caſſa. C. de
ſacr. ſan. ec. qñ clerici vel pſone eccleſiaſtice p̄ ſtatutũ redduntᷣ ti-
midiores quã laici tũc ſtatutũ dr̃ cõtra libertatẽ eccleſiaſticã. ar.
l. j. § q̄ onerãde. ff. qua. re. ac. nõ da. vbi hoc idẽ tenẽt bar. ⁊ Ang.
⁊ Pe. de ancha. in repe. c. j. de cõſti. in. xj. q. principali. ⁊ do. Abb.
in. c. eccleſia ſancte Marie de cõſti. in repe. ⁊ in. c. nouerint. extra
de ſen. excõ. ſed pſone eccleſiaſtice que vident ſe excluſas ab oĩbus
bñficijs ſtatutoꝝ in ſucceſſionib⁹ teſtamẽtis codicillis donatiõe
cauſa mortis ⁊ alijs vltimis voluntatib⁹ multũ videntᷣ reddi ti-
midiores quam laici igitur nõ vr̃ hmõi ſtatutũ valere quaten⁹
afficeret pſonas eccleſiaſticas. ¶ Sʒ poſito q̄ nõ diceretᷣ cõtra li-
bertatẽ eccleſiaſticã tñ nõ vr̃ includere pſonas eccleſiaſticas fortiſ-
ſima rõne. nã cõis ꝯcluſio eſt q̄ ſi ſtatutũ dicit q̄ ingrediẽs mo-
naſteriũ nõ ſuccedat nõ valet qꝛ lʒ diſponat de igrediẽte ⁊ ſic cir-
ca laicũ ⁊ ſic hoc reſpectu videatᷣ valere: tñ quia impedimẽtũ vi-
te cõtemplatiue non vr̃ valere qñ filius timẽs expelli ab heredi-
tate ⁊ paterna ſucceſſiõe reuocaretᷣ a voto religionis ⁊ caſtitatis
arg. tex. in aut. de ſanc. epiſ. § ſʒ hoc de pñti. ⁊ ita tenẽt doct. cõiter
quos. ſ. ad plenũ retuli. Ita punctualiter poteſt dici in caſu nr̃o
q̄ tale ſtatutũ ſi includeret pſonas eccleſiaſticas pberet impedi-
mẽtũ vite cõtemplatiue qꝛ laici vidẽtes ſe excludi a totũ a tot bñ-
ficijs ſtatutoꝝ reuocabuntᷣ a voto religionis. nec videtur maior
rõ in vno caſu quã in alio cũ nõ min⁹ ſit excludi a tot beneficijs
ſtatutũ quã a ſucceſſione paterna. ⁊ iſta rõ vr̃ multũ concludere.
¶ Nec ob. ſi dicatur q̄ dcã determinatio loquitᷣ qñ ſtatutũ ex-
cludit a ſucceſſiõe pr̃is. ⁊ ſic ab eo q̄ erat filio debitũ de iure cõi
cũ filius cẽſeatᷣ quaſi dñs bonoꝝ pr̃is. l. in ſuis. ff. de li. ⁊ poſth.
⁊ in. l. ſcripto. ff. vnde liberi. ſʒ in caſu nr̃o nõ auferᷣtᷣ pſonis eccle-
5 ſiaſticis q̄ ſuũ erat de iure cõi ſʒ amplꝰ eſt nõ datᷣ q̄ alienũ vñ
nulla vr̃ iniuria fieri clericis ſi ſtatuẽtes nolunt amplꝰ de ſuo ali-
quid cõcedere. arg. l. j. § pmitteᷣ. ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. prout di-
cebat bal. in. d. l. de quib⁹. qm̃ iſta rñſio tollitᷣ. nã lʒ caſus ſic ſepa-
ratus tñ rõ decidẽdi eſt eadẽ cum pari rõne poſſent hoies retra-
hi ⁊ reuocari ab ingreſſu religionis in caſu noſtro ergo ⁊ idẽ di-
cẽdum eſt. nã rõ generalis ampliat dictũ in ſpẽ. l. ſi is qui. ff. de ac-
qui. poſ. l. cũ pr̃. § dulciſſimis. ff. de leg. ij. ⁊ per Bal. in. l. cõuenticu-
lam. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ magis in ſpecie ꝯfirmatᷣ iſta opi. per ea que
no. doc. qui volunt q̄ ſi teſtator relinquit filie ſi nupſerit. ⁊ ſi mo-
naſteriũ ingrediatᷣ qngenta cõſequitᷣ mille qꝛ alʼs reuocaretᷣ a vo-
to religionis timens amittere lucrũ ſibi relictũ pro pte ſi nupſe-
rit per tex. in. d. §. ſed hoc de pñti vt concludit Barto. in. l. ij. ff. de
his que pene no. Et ita diſputando determinauit antiquus do-
ctor dñs Tho. de formaſinis quẽ refert ⁊ ſequitᷣ Jo. an. in addi.
Spe. in rub. de ſta. mo. ver. diſputata fuit q̄. ⁊ lʒ Bal. ⁊ Pau. de
caſt. in aut. niſi rogati. C. ad treb. teneant contrarium. ⁊ Bald. ⁊
Jmo. in. l. lucius. ff. de here. inſti. ⁊ Paul. de caſtro in. l. quoties
ſub conditione. ff. de condi. ⁊ de ſundantes ſe in volũtate teſtato-
ris. ⁊ Pet. de anch. in regula nemo poteſt. de re. iu. ⁊ Bal. l. deo
nobis. in. j. col. C. de epiſ. ⁊ cle. q in ꝓpoſito adducit rationẽ dicẽs
q̄ ſicut pater potuit a princ. nõ relinquere vltra legitimã limi-
taret a pñ. tñ ne filia timore illi⁹ maioris lucri reuocetur a voto
religionis cõſequitᷣ mille nec ſeruatᷣ volũtas teſtatoris put tenet
magis cõis opi. doc. nam primã opi. cõtra Bal. ſequaces tenent
do. Ant. ⁊ inſignis preceptor meus Areti. in. c. in pñtia. de p-
ba. vbi hoc idẽ tʒ ipſemet Bal. ⁊ do. Ab. in. c. eccleſia ſancte Ma-
rie de conſti. ⁊ Ludo. ro. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de
verb. obli. ⁊ Albe. de ro. in. ij. parte ſtatutoꝝ. q. cv. ⁊ Matheſillo.
in ſuo notabili. cliij. qua ergo ratiõe nõ obſeruatᷣ diſpoſitio teſta-
toris etiã ſupra legitimã quo caſu põt ad libitũ diſponere ſi pl⁹
cõfert in filiã ſi nõ erit religioſe quã ſi erit. q̄ ſuũ eſt denegat ex
eo ne filia reuocetur a voto religionis: ita pariter dicamus in ca-
ſu noſtro q̄ nõ dʒ obſeruari ſtatutũ quatenus plus lucri cõfert
in filios non religioſos in bonis mr̃is quã in religioſos qñ illa
rõ ẽ ita potẽs ad inualidãdũ ſtatutũ ſicut diſpoſitio teſtatoris. vt
pʒ ex his que. ſ. dicta ſunt. ¶ Confirmatur iſta opi. Nam videm⁹
in ſimili q̄ ſi lex communis tollit mulieri lucrũ q̄ alias dederat
propter q̄ mulier intimidatur ad contrahendũ matrimoniũ
nõ põt tale lucrũ auferre prout voluit gl. no. i. c. de puellis. xxxvij.
4 q. ij. dũ voluit † q̄ lʒ. l. j. C. de rap. vir. priuet mulierẽ raptã bonis
raptoris ſi cum eo contraxerit matrimoniũ talis lex nõ tenet ne
mulier timore amiſſionis lucri reuocetᷣ a matrimonio contrahẽ-
do ⁊ illã gl. ſequitᷣ Fed. de ſenis. in cõſi. xxxvj. incipiẽ. Caſus talis
eſt marit⁹ vxori. ⁊ idẽ tʒ do. Abb. in. c. cum cauſa. de rapto. ⁊ do.
Abb. in. c. j. extra de ſpõ. ⁊ do. Abb. in. d. c. eccleſia ſancte Marie
⁊ lʒ plerique put Jo. an. ⁊ plerique alij in. c. cum ſcõm. de hereti. ⁊

Bal. in. l. j. C. de rap. vir. teneant ꝯtrã tñ qñ aſſignant rationem
qꝛ lex ciuilis ab initio vr̃ ſub dicta ꝯditiõe deduxiſſe. ⁊ ſic ſi a pñ. nõ
fuiſſet dicta cõditio adiecta nõ ita forte fuiſſet dicẽdũ ex merito
eorũ. vnde ita dicamus in caſu noſtro vt ſicut lex cõis non poteſt
auferre lucrũ iam conceſſum per q̄ impediretᷣ matrimoniũ ſpi-
rituale. arg. d. §. ſʒ hoc de pñti maxime cũ in caſu noſtro fuerit
cõceſſum filijs ſine aliqua cõditione. nã ita ſe hʒ ſtatutũ in ꝓpria
ciuitate ſicut ius cõe ad oẽs p id quod hᷣ in. l. oẽs populi. ff. de iu.
ſti. ⁊ iur. nec dicat quiſpiã dñio iſta loquuntᷣ qñ talia lucra ſpeci-
fice per legẽ vel per hominem auferuntᷣ perſonis eccleſiaſticis nõ
autem ſumus in caſu i quo ſtatutũ generalr̃ loquitur de nõ ſub-
ditis ⁊ non conferẽtibus inter quos vr̃ oĩa vt pʒ ex notatis p
Barto. in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. ⁊ fi. ca. ⁊ per docto. in
d. c. eccleſia ſancte Marie. nã videmus quod ſi ſtatutũ dicat ſim-
pliciter q̄ filia nõ ſuccedat ſtante maſculo valet ⁊ includitᷣ mo-
niales ⁊ tñ ſecus eſt ſi dicat filia monacha vel ingrediens mona-
ſteriũ vt. ſ. declaratum fuit. nam ad predicta de facili reſpondetᷣ
q̄ ſi quidẽ ſtatuentes noluerũt comprehẽdere perſonas eccleſia-
ſticas res eſt clara q̄ nõ includuntᷣ. hñ faciũt plene no. in. c. ſi. ex-
tra de immu. ec. in. vj. Si vero voluerũt comprehẽdere pſonas ec-
cleſiaſticas tũc ſtãt rationes pmiſſe que multũ vrgent lʒ ſtatutũ
dirigat verba ad nõ ſubditos ⁊ nõ ꝯferentes nõ eſt curandũ cũ
quo quis loquatᷣ ſed in quẽ volũtatis intẽtio dirigatur. l. cũ pa-
ter. §. donatione. ff. de le. iij. multoties enĩ contingit q̄ vna pſona
exprimitᷣ vt ad aliã effect⁹ dirigatᷣ per obliquũ. l. j. §. nũc de effectu
ff. de libe. leg. ⁊. l. cũ dotem. ff. ad. l. fal. c. quãto. cum ibi no. extra de
priui. Ita in ſimili no. dicit Pe. de anc. in dicta repe. c. j. dñ in ma-
teria ſtatutorum contra libertatẽ eccleſiaſticã refert ſe ꝯſuluiſſe
in quadam cauſa archiepi ſpalatrenſis ⁊ hᷣ inter conſilia Pet.
de anc. cõſi. cl. lci. optimis rationibus. ⁊ refert do. Ab. in. d. c. eccle-
ſia ſancte Marie. ⁊ ſic concludendum eſſet q̄ ad ſtatutũ cõmu-
ne nõ includit vel quãtũ includit nõ vʒ ſicut in ſimili. vt no. Jo.
an. ⁊ doc. in. c. ſi. de immu. ec. l. vj. ⁊ doc. in. l. ſi iuſſa. §. diui. ff. de le.
j. Eo maxime † qꝛ ſtatutũ nõ ꝯſiderauit de forenſibus qui nõ gau-
dent beneficijs ſtatutoꝝ. vt ꝯcludit Ang. cõſi. lxxiij. incipit. in ſta-
tuto florentino per tex. in. l. j. in fi. ff. de cura. da. ab his. ⁊ Ro. cõſi.
cccxxiiij. incip. iſta captura. ⁊ Pau. conſi. cccdiij. incip. ſtatutum
ſupra relatũ. quinimo eni incole qui alʼs gaudent priuilegio ſtatu-
torum nõ gaudent ſi non ſubeunt onera. vt probat bar. in tracta-
tu repreſaliaꝝ. in. v. q. principali. q. j. ⁊ ſequitur Pau. de caſt. in. l.
omnes populi. ad fi. ff. de inſti. ⁊ iu. Et ſic ſtatutũ predictũ cõſtat
fuiſſe cõditũ ꝓpter pſonas eccleſiaſticas a beneficijs ſtatutorũ ex-
cludendas quia quo ad alias pſonas nihil ſtatutũ operabatᷣ. nã
ſi non ſubditi ⁊ nõ cõferẽtes preter pſonas eccleſiaſticas nõ gau-
debant ergo ſtatutum in illis non dʒ intelligi. l. ſi quãdo. ff. de le.
j. ⁊ ſic tale ſtatutũ generaliter ex quo pungit tm̃ ꝯtra eos habeatᷣ
ac ſi ſpecifice de eis loqueretᷣ. l. j. ⁊. ij. ff. de li. ⁊ poſth. cũ ſi. Et ad illũ
ſtatutum quod ſtantibus maſculis femina nõ ſuccedit includat
moniales ⁊ dicendũ eſt prout dixi q̄ ſtatutum inſecit vinculum
nnte clericatum. ſed in caſu noſtro poſtq̄ eſt clericus ſeu pſona
eccleſiaſtica ex quo loquitur de non ſuppoſito ⁊ non conferente.
¶ Preterea in caſu predicto perſone eccleſiaſtice non ſunt dete-
rioris conditiõis q̄ alie exiſtẽtes in ſeculo. ſi ergo nõ ſunt melio-
ris non debent conqueri. ar. l. que antẽ. §. fi. ff. q in frau. cre. ⁊ iſtã
rationem in propoſito ponderat Pau. de ca. in ꝓllegato cõſi.
cccxxxv. inci. primũ dubiũ de quo queritᷣ. Secus in caſu noſtro qꝛ
per ingreſſum efficiuntᷣ deterioris conditionis q̄ non eſt admit-
tendum vt dicit Pau. de ca. in. d. cõſi. arg. l. deo nobis. C. de epi. ⁊
cle. ⁊. l. gaius. in. fi. ff. de manu. ⁊ q̄ no. in aut. ingreſſi. C. de ſa. ſan.
ec. de illo qui habebat emphyteoſim vl̃ vſumfructũ ⁊ in. c. nuper
de do. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ iſtam rationem in equalitate conſiderat
Jo. an. in dicta regula ſine culpa: bene facit q̄ no. Pe. de ancha.
in ꝯſi. cclxviij. incipiẽ. pro ⁊. ſ. vbi dicit q̄ non vʒ ſtatutum q̄ vir
lucretur certã partẽ dotis vxore ingrediẽte religionẽ ne retrahatᷣ
ab ingreſſu p. d. §. ſed hoc de pñti. ⁊ tñ ſi ſimpliciter diceret q̄ lu-
craretur vxore predecedente hʒ locũ in ingreſſa. vt hᷣ in. l. deo no-
bis. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ ſic pʒ q̄ doctrina Bald in. d. l. de quibus eſt
multum periculoſa ⁊ forte nõ vera ⁊ hanc opi. debem⁹ amplecti
tum quia fauet religioni. arg. l. ſunt perſone. ff. de religio. tum qꝛ
vbi agitur de periculo anime tutior pars eſt eligenda vt in. c. in-
uenis. extra de ſponſa. vel etiam dicamus q̄ ſtatutũ nõ includat
clericos dum excludit non ſubditos ⁊ non ꝯferentes. cũ lʒ cleri-
ci onera cũ laicis non ferant ⁊ ſic nõ videntᷣ includi in fauorib⁹
principum. l. j. circa pri. ff. ad munici. illud videtur ꝓcedere in fo-
renſibus ⁊ nõ ſubditis non conferentib⁹ a quibus laici nullũ hñt
ſubſidium. vñ non dʒ beneficijs gaudere ſicut in pſonis eccleſiaſti-
cis a quibus laici hñt ſubſidia ſpũalia. vt dicit Pau. de ca. l. ino
cõſi. cccvj. icip. ad primũ queſitũ. ¶ Cõfirmatᷣ: qꝛ talis expreſſio
noui ſtatuti eſt expreſſio ei⁹ q̄ intrat i primo ſtatuto. ſ. q̄ nõ ſub-
diti ⁊ non conferentes non gauderent ergo nihil operatur. l. iij.

cum materia

cum materia.ff.de le.j.ad idē faciūt que ponit lappū alle.centeſima ⁊ cīeſima prima.vbi etiā atteſtat qḋ in dubio pſone eccleſiaſtice nō vide antur excludi in bñficijs ſtatutoꝝ.⁊ lʒ alij conſulendo ſequuti fuerīt Bal.in.d.l.de quib⁹.tñ nunc abſtinerē.ſed caſus ēt noſter eſt diuerſus ab illo.nā perſona de qua tunc agebamus tpe ꝯditi ſtatuti erat laica ⁊ ſubdita ſtatuētib⁹.ſed in caſu noſtro pſona de qua agim⁹ añ hoc vl timū ſtatutū ꝯditū erat pſona eccleſiaſtica quo caſu vr̄ ꝯcludēdū qḋ nullo modo i tali ſtatuto fuerit incluſa p ea que voluit no.Jo.an.i re gula ſine culpa.in vltima qōne.de re iud.in merc.vbi ꝯcludit qḋ ſtā te conſuetudine φ primogenitus ſuccedit in regno ⁊ ſcḋo genitus ſit clericus tñ ligatus eſt cōſuetudine.⁊ fundat Jo.an. potiſſime in iſta rōne qr ſtatutū ligauerat ſcḋo genitū ad nō ſuccedēdū ⁊ detulerat ius primogeniture primogenito quo iure primogeniture ſibi debebant bona ſtā a pře laico.vñ ſubſequēte clericatu nō potuit auferre ius que ſitū primogenito.⁊ iſtā deciſionē cōiter ſequunt doc.quoſ.ſ̄. retuli.⁊ Pau.de caſt.eandē rōnē latius ponit in.d.cōſi.cccxxv. ¶ Quā tūcūq ergo talis ſpes ſuccedēdi viuēte pře nō videat eē ꝯſiderabilis.ar.l.poſt emācipationē.ff.de libe.leg.⁊ er⁹ qḋ p illū tex.dicit Bar.l.i.ſ.C.de pac. ⁊ Gul. Bar.l.i.ſciēdū.l ſi.pricipū.ff.q ſatiſ.cog.⁊ qḋ no.dicit Ang.i.l. ex ꝯſenſu.ſ.ſiliū.ff.de app.⁹tñ Jo.an.vult φ acquirat qualitas ſuccedē di ⁊ multo pře ⁊ inducat qualitas nō ſuccedēdi q̄ non tollit p clerica tū ſuperuenictē.nā dicit Pau.de caſt.in.d.ꝯſi.cccxxv.filij hñt etiaʒ vi uentibus parētib⁹ pbabilē ſpē ſuccedēdi.vt not.Bar.in.l.j.ſ.pł.ff. de acqui.here.ergo pōt talis potētia ēt viuētibus parentib⁹ auferri ⁊ al teri ꝯcedi ſub aliqua ꝯditiōe.arg.l.ſtatius florus.ſ.cornelio felici.ff.de iure fiſ.⁊.l.peto.ſ.prediū.ff.de le.ij. ¶ Ad ppoſitū ergo in caſu primi ſtatuti deferē bona materna filijs poſt mortē ſtē matre laica.quinimo fortius ēt quo ad alienata p trib⁹ quartis ergo ante vltimū ſtatutū fuit ius acqſitū pdicte filie cū quo iure iā qſito trāſiuit i monaſteriū ergo hoc ius queſitū nō potuit pſone eccleſiaſtice auferri per ſtatutū laicoꝝ cū nō extēdat ad pſonam nō ſubditas nō enī eſt in eoꝝ beneficiū nō cōcedere ſʒ iura ſeu bñficiū iam q̄ſitū tollere ⁊ auferre.nā eo ipſo φ laicus efficit clericus liberat a ligamine ⁊ vinculo ſtatutoꝝ.⁊ tñ talis qualitas ab eo nō ſeparat nec aufert ius queſituʒ primo genito:ergo eodē modo qualitas ſibi clerico acqſita eiuſdē ſpeciei pūſe nō dʒ poſſe auferri.hñ facit qr φ operat ppoſitū in ppoſito opat oppoſitū i op poſito.l.ſi vt proponis.C.de imp.l.ſi ex toto.in prin.ff.de le.j.ſicut ergo q̄litas excluſiua ⁊ incluſiua inſecta laico nō tollitur p clericatū ita ea dē q̄litas ſecta clerico nō dʒ poſſe p ſtatutū tolli.Cōcludēdo ergo poſ ſumus cōſiderare φ aliqñ ⁊ primo ab initio ſunt ſtatuta φ nō pſint nō cōferentibus ⁊ nō ſubditis ⁊ tūc loqui vr̄ Bald.in.d.l.de quib⁹ φ ꝯcludant pſone eccleſiaſtice quaſi poſſint ſtatuētes dare ⁊ denegare ab initio bñficia ſua quibus voluit.d.l.aſſiduis.C.qui po.cū ibi no.p doc. ⁊ iſtud ēt cōſiderat Bal.in dicta repe.in.l.cūctos populos.colū. xxvij. ¶ Aliqñ ⁊ ſcḋo ſtatuta ab initio priuilegatiua pariter ꝯcludebāt lay cos ⁊ pſonas eccleſiaſticas.⁊ poſtea fit ſtatutū φ nō includant nō ſub diti ⁊ nō cōferētes ⁊ tūc nō ē hereticū dicere imo alab⁹ ſecurū φ tale ſtatutū vltimū tanq̄ impeditiuū vite cōtemplatiue.⁊ tanq̄ reſpiciēs quaſi ſolum pſonas eccleſiaſticas lʒ generalr̄ loquat vt.ſ̄.plene dedu xi nō valeat ſeu illas nō includat.⁊ hoc tēnuit Bal.in.d.l.cūctos po pulos.dicēs φ lʒ ſtatuētes poſſint ſuā puiſionem ab initio eccleſijs de negare ex poſtfacto poſtq̄ dederūt nō pñt auferre.ar.l.puilegia. C.de ſacroſan.ec.⁊ lʒ poſtea Bal.videat recedere dicēs φ puilegiū cōceſſuʒ p ſtatutū tādiu durat quādiu durat ſtatutū.⁊ ita vr̄ de mēte Bal.i.u. l.de qbus.⁊ Bal.in.d.l.ſi qs curialis. ¶ Poſſumus ad iſta dicta i ſide re ēt φ facilius eſſet admittēdū φ ſtatutū editū p qḋ pſonis eccleſiaſti cis fauerēt vltra ius cōe in aliquo vltra laicos poſſet p ſtatuētes reuo cari q̄ caſu poſſent pcedere iſta dicta Bal.ar.d.l.ſi qs curialis.cuʒ ibi no.⁊.l.ſi qs in pn.teſtū.ff.de le.iij.q̄ φ ſtatuta generalr̄ loquētia q̄ pari ter puilegiāt laicos ⁊ pſonas eccleſiaſticas remoueant quo ad pſonas eccleſiaſtica p aliud ſtatutū tanq̄ inducēs inequalitatē ⁊ impediens vitā cōtēplatiuā p ſupradicta. ¶ Confirmo hoc p ea que in fortiorib⁹ terminis voluit multū ſingulr̄ do.Anto.de bu.in.c.ſi.extra de ſolu.vbi cōcludit φ lex ciuilis q̄ volebat φ.ſ.quinquēniū poſſet opponi exceptio nō numerate pecunie lʒ hodie ſit limitata φ tñ.ſ.bieniū poſſit oppo ni vt hec habent in.l.i.ꝯtrib⁹.C.de nō nu.pe.pōt tñ dici φ ex quo ſemel cōpetijt eccleſie ⁊ pſone eccleſiaſtice ptās opponēdi exceptionē nō nu merate pecunie.ſ.quinquēniū ex diſpōne legis āntique φ etiā hodie po terit opponere.ſ.quinquēnium ⁊ non tenebit pbare ſed creditor qr nō potuit quinquēniū ad bieniū reduci in pīudiciū eccleſie ⁊ pſone.ar.no.p Jo.an.in.c.nouit.de iud.⁊ hoc dictū refert ⁊ ſequit Joā.de imo.in.d. c.ſi.⁊ dicit merito tenēdū.⁊ hñ facit qḋ ibi dicit Jo.an.vñ vult φ lex qua ten⁹ fauet eccleſijs ⁊ pſonis eccleſiaſticis ſemp eſt recipiēda donec fue rit p pontificē reprobata.ecce ergo φ lex generalr̄ loquēs nō pōt reuo cari quaten⁹ fauet eccleſijs lʒ ēt reuocet ſimul quo ad laicos ⁊ ſic reuo catio nō inducit inequalitatē ⁊ nō pōt pſtare ipedimētū vite cōtēplati ue ergo fortius in caſu noſtro i quo reuocatio pdicta inducit. ¶ Po ſtremo etiā cōſiderari pōt φ aliud ſit dicēdū ⁊ primo reſpectu pſona rum q̄ tpe ſtatuti non erāt pſone eccleſiaſtice vt ſi poſtea efficiant eccle ſiaſtice non gaudeāt bñficijs ſtatutoꝝ queſita pīcipio antequā eſſent p

ſone eccleſiaſtice fuerit tale bñficiū acqſitū ſub iſta cōditione niſi eſſi cerent non ſubditi ⁊ nō ꝯferētes p id quo no.voluit Jo.an. in.c. cū ſʒ de heren.l.i vij.in nouell.ad intelligēdū.l.i.C.de ap ver.⁊ φ ibi per bar. de ſaly.⁊ hoc caſu etiā poſſent pcedere dicta Bal. ¶ Aliud ⁊ ſcḋo di camus in pſonis q̄ tpe cōditi vltimi ſtatuti erat pſone eccleſiaſtice.ſed habemus tractare nūc de aliquo bñficio φ dictis pſonis nō erat acq ſitum neqȝ re neqȝ aliqua ſpe ꝯſiderabili.⁊ hoc caſu habem⁹ tractare an dictū ſtatutū impediret acquiſitionē talis bñficij in pſonis eccle ſiaſticis quo caſu ēt poſſent loqui dicta Bal. qñ lex tpe quo bñficiū ꝯferre deneget nō ꝯferētib⁹ acqſitionē.ar.d.l.aſſiduis. ¶ Aliud ꝯcludē dum ſit tertio qñ tpe vltimi ſtatuti erat pſona eccleſiaſtica cui aliqua ſpe cōſiderabili erat ius quaſituʒ vigore āntique legis vt in caſu noſtro demonſtratū eſt:⁊ tunc lex noua nō noceat hmōi pſonis eccleſiaſticis p ea que no.Jnn.⁊ doc in.d.c.nouit.⁊ maxie p illa que tradūt.d.Ant. ⁊ Jo.de imo.in.d.c.ſi.de ſol.bene facit qḋ no.do.Pau.de ca.in ſuo ꝯſi. cccvi.incip.preſuppoſito ſine pīudicio.vbi dicit φ lʒ papa poſſit tolle re legem canonicā in pīudiciū ſuoꝝ ſubditoꝝ ſm Jnno.in.c.cū ad monaſteriū.de ſta mo.tñ i pīudiciū laicoꝝ nō pōt tollere.ſic ecōuerſo ipe rator nō pōt tollere ſuā in pīudiciū clericoꝝ ſm Jnn.in.c.nouit.de iu. ¶ Sit ergo ꝯcluſio φ cū dicte moniali ante vltimū ſtatutū eſſet ime ctū vinculum incluſiuū conſiderabili ſpe vt deductū eſt.vltimū ſtatu tū nō hʒ ſibi pīudicare:cū illa perículoſa ſit aīabus ⁊ iſta ſit via tutior ⁊ fauens religioni nō approbādo aliter neqȝ reprobādo caſus.ſ̄.con ſideratos preciſe in iſtis terminis de quib⁹ agimus ꝯcludo dictā mo nialē nō excludi a bñficio ſtatuti φ cōferēs tres quartas filijs in bonis matris virtute vltimi ſtatuti de quo.ſ̄.⁊ ex his remanet expedita pri ma difficultas q̄ fuit diſcuſſa ni fallor vſqȝ ad minimū q̄drāt. ¶ Se cūda difficultas ſubtilior prima vertit in pñti ꝯſultatione.⁊ eſt talis poſito nō tñ cōceſſo φ dicta reformatio noua ꝯcluderet dictā monia lē ita φ nō poſſet venire ad tres quartas virtute pīmi ſtatuti pp̄ter ſe ſed ipſa foret admittēda cū effectu ad ſui vtilitatē ꝯmodū ſi alia via

6 nō excluderet ſʒ tñ ad legitimā portionē ſibi debitā de iure cōi ſanē ex quo qcquid veniret querendū dicte filie acqrit ei⁹ fratri vtrinqȝ cōiū cto ⁊ nō fratrib⁹ vterinis tñ ⁊ ſic perſone municipi hoc eſt ſubdite ⁊ onera ſupportāti i caſu nr̄o dici poſſit φ vltimū ſtatutū nō habebat locū qr qḋ monialis i caſu noſtro admittat ad portionē dodrātis vir tute primi ſtatuti nō tēdit in ei⁹ fauorē ſʒ fratris vtrinqȝ ꝯiuncti.⁊ ſic pſone ſubditi ⁊ municipis.⁊ ꝯſr̄ ipinguet portio fratris nō habito reſpectu ad portionē q̄ deberet de iure cōi ſed ad portionē dodrantis q debebant ex forma primi ſtatuti in qua difficultate videbat prio di cendū ex plurimis φ dictus frater nō poſſit admitti ex pſona ſororis niſi ad quartam pro tūc legitime ꝯſiderare de iure cōi. ¶ Prio qr ille q ſubrogat in locū alteri⁹ nō plus ꝯſequit quā ille in cui⁹ locū ſubro gat qr ſapere dʒ ei⁹ naturā.l ſi cū.ſ.qui iniuriarū.cū ibi plene. no.ff. ſi qs cau.l.j.ſ.hec actio.⁊ ibi per Bart.ff. ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue.ſed filia monialis non admittitur niſi ad legitimam portionem de iure com muni ergo idem dicamus in fratre vtrinqȝ coniuncto qui ſubrogatur in locū ſororis. ¶ Secūdo iſta opi. confirmat p tex.in auť.de trie.⁊ ſe miſ.ſ.neqȝ illo per quem dicit ibi An φ ſi nepos ex perſone patris vo catur debet ad illam portionem vocari ad quaʒ vocaretur pater ſi vi ueret.facit tex.optimus in.l.ſi viua matre.C.de bo.ma.ad idem tex.op timus in.l.diuo marco.C de qōnibus ⁊ in.l.tria predia.ff. de ſerui.ru. predi.⁊ quod no.Bal.in.l.j C de condi.inſer.⁊ qḋ no.Jo.an. poſt Jo. de are.in addi.ſpe.in ti de teſt.in rub.cū ſit.ergo cū i caſu noſtro frater velit admitti ex pſona filie dʒ ad illā portionē admitti ad quā admit

7 terēt filia ſi nō eſſet excluſa. ¶ Tertio iſta opi.ꝯfirmatur ſnā infecta ra dice oīa ſequētia q̄ ab ea pcedunt cenſent eſſe corrupta vt i.l.liberorū. ff.de ver.ſig.⁊ qḋ ibi p Bar.⁊ in.l.ſi.C.de natura.li. ⁊ eſt tex.⁊ ibi Bal. in.l.ſi.C.de ver.ſig.⁊ no.Bar.in.l.ſi.ſ.vidēdū ff.ad tertul. Bal.in.l.illaʒ C de colla.⁊ Bal.in.l.maximū vitiū.C.de lib.pte.⁊ Bal.in l viro ff.de legi.ergo cū ipſa monialis ſit facta incapax fauore dicti ſtatuti deferē tis dodrātē nō pōt ex ei⁹ pſona dici φ portio fratris impinguat habi to reſpectu ad dodrantem a quo monialis videt excludi. ¶ Quarto iſta opi.pbatur naʒ ſtatuta excludētia feminas propter maſculos ha bēt duo capita vnum incluſiuum maſculorum alteruʒ excluſiuū femi narum prout plene declarat Barto.in.l.ſi.ſ. vidēdū. ⁊ docto.in.l.il lā.C.de coll.eatenus ergo includimus maſculos quatenus excludim⁹ feminas ſed monialis in caſu noſtro nō excluditur a portione dodrā tis ſed tantum portionis ſibi debite de iure cōmuni ergo ad eandem portionem de iure communi filius admittitur.quod non excludatur a dodrante patet quia dodrans eidem tanquam non gaudenti bene ficijs ſtatutorum non defertur ergo ab eo non excluditur: quoniam excluſio ⁊ ſic priuatio preſupponit habitum.c.ad diſſoluendum.extra de deſponſatio.impub.li.x.l.decē.cum ibi plene no.ff.de ver.ob.cum ſi. ¶ Quinto hec pars confirmatur.factū hominis ſuccedit in locuʒ p uiſionis legis vel ſtatuti ⁊ a pari ſolet procedere.ad hoc tex.in.l.elegā ter.in princi.ff.de pig.act.bene facit tex.in.l.ſi ob cauſam.C.de euic.ſed ſi mulier monialis vellet portionem ſibi delatam fratri concedere nō poſſet niſi quatenus ſibi deferetur de iure communi.ergo lex nō cenſet minorem portionem deferre.arg.l.traditio.ff.de acqui.re.do.⁊ in regu

la nemo plus iuris.cū3 materia.ff.de regu.iur.bene facit tex.in.l.quod
de bonis.§.ex donatione.ver.nā tūc.ff.ad.l.fal. ¶ Sexto iſta opi ꝓbat
ex alia regula que h3 ꝙ reſolu9 iure dātis reſoluit ius accipientis.
l.ex vectigali.ff.de pig.ⁿ ꝓbatur ex multis que ponunt Bar.ⁿ doct.in
l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dā.infec.ſed ius femine a quo frater
accipiebat dr̄ eſſe reſolutū ꝑ nouū ſtatutū vſq3 ad portionē iuris cōis
ergo dr̄ reſolutū ius maſculi accipiētis ab illa iure. ¶ Septimo corro
boratur rōne euitāde abſurditatis.l.nā abſurdū.ff.de bo.que lib.ſ3 in
caſu noſtro ſi diceremꝰ portionē fratris q̄ filiā excludit ꝯſiderari debe
re habito reſpectu ad dodrātē ſequeret qḋ eadē legitima portio a qua
filia excluderet ⁊ que maſculo deferretur diuerſa eſſet i pſona filie ⁊ di
uerſa in pſona fratris ⁊ ſic vna ⁊ eadē res diuerſo iure cenſeret contra
regulā traditā in.l.qui edes.ff.de vſucap.cū ſi. ¶ Octauo cōfirmat.nā
ex quo ſtatutū vult qḋ ſtatuta nō ꝑſint cōferentibꝰ ⁊ nō ſubditis cēſe
tur voluiſſe prouidere excludere actus ſeu caſus per quos ſequi poſſet
alienatio.ad hoc bona gloſſ.in.l.ſi ita quis.§.ea.l.ff.de v.ob.vbi ꝓhibi
tus alienare cenſet ꝓhibitus illa facere ex qbꝰ ſequi poſſet alienatio.⁊
ibi plene no.doct.⁊ Bal.Saly.⁊ alij in.l.hac edictali.C.de ſcōis nup.⁊
Bal.⁊ doc.in.l.ea.l.de cōdi.ob cau.ſ3 in caſu noſtro ſi diceremꝰ qḋ por
tio maſculi municipis ipinguaret habito reſpectu ad dodrātē poſſet
ſtatutū ꝑdictū ꝓdeſſe dicte moniali ergo hoc nō eſt dicendū.qḋ autē
poſſet ꝓdeſſe p3 qr filia eſt tꝑaliter excluſa quouſq3 ſupſunt maſculi ꝯ
ſcēdentes ergo eis deficientibꝰ femina reintegraret ꝑut ꝯcludit Bar.
in.l.ſi.ff.ad tertul.⁊ Bal.in.l.ij.C.de lib.prete.⁊ Bald.⁊ alii in.l.ſi quis
poſthumos.§.ſi filiū.ff.de li.⁊ poſth.⁊ ſic admitteret ad portionem do
deantis qḋ vr̄ eſſe cōtra intētionē ſtatuti. ¶ Nono cōprobat.nā cauſa
vñ ꝓducit impinguatio portionis maſculi eſt portio ſororis a q̄ exclu
ditur ⁊ maſculo defertur.ergo cū filia monialis nō poſſit ampliꝰ vti
beneficio ſtatuti ꝓpter qḋ dodrās deferebat ⁊ maſculo cōcedebat nō
videt ꝙ maſculi portio impinguet portiōe ſtatuti ſ3 iur. iuris cōis qm̄
vbi nō ſubeſt cā ꝓpter quā aliquis effectus ꝓducit ⁊ cōſeruat nunquā
2 mino.⁊ Pau.de caſt.cōſ.ccxiij.ſʒ ex forma ſtatutorū † in caſu noſtro reſtitutio denegat̄.iſta ꝯcluſio ꝓbat̄ p duo ſtatuta. ¶ Primo per ſtatutū qḋ īcipit che alchuna ſnīa data o che ſi dara ⁊c. Quod multūʒ clare diſponit qḋ ſnīa lata in dicta curia nō poſſit immutari vel variari ī aliqua parte aliquo modo vel aliquo queſito colore appellatōe nullitatis vel alio mō q dici vř excogitari poſſet p que verba ampla ⁊ p̄ciſe cenſet̄ ſublata etiā reſtitu. in integ.hoc ꝓbat̄ no.p ea ꝗ ponit Bal.in.l.in cauſe. la .j. in prī. ff.de mino.vbi p illā gl.dicit qḋ ſi ſtatutū vult qḋ ꝯtra inſtrm̄ cōfeſſionatum nulla poſſit opponi exceptio nō pōt peti in inte. reſtitu.⁊ ita dicit tenere Cy.ibi ī addi.hoc idē voluit Bal.in addi. ſpe.in ti.de arbi.verſi. quo iure. ¶ Confirmatur ex his que no. voluit Bal.in.l.cū lege poſt Jaco.de belui.ff.de arbi.vbi vult qḋ ſi ſtatutū per verba geminata vult qḋ contractus geſtus a minore.xxv.valeat ⁊ teneat nō cōpetit reſtitutio.quā deciſionē ſequit̄ Ludo.ro.in.l.more.ff.de acqui.here.ſed ī caſu noſtro ſunt verba magis pregnantia ⁊ magis p̄ciſa vt ptʒ ad ſenſuʒ.igit̄ non dʒ reſtitutio cōpetere. ¶ Scḋo ꝓbatur p ſtatutū qḋ incipit hoc decto ⁊ declarato.ī quo clare diſponit̄ q̄ ꝯtra tales ſnīas nō poſſit aliqḋ iudicis officiū implorari vel aliqua reſtitutio poſtulari ⁊ ſic clare ſtatutū tollit reſti.in integ.imo omnē reſtitutionē. ex quo dicit aliqua reſtitutio ⁊ ſic vniuerſaliter p que v̄ba ceſſat diſputatio an per verba gñalia cenſeat̄ ſublatum ſingulare remedium reſti.in inte.de qua in.d.l.vnica.C.ſi de momen.poſ.⁊ in.c.coram de reſti.in inte.ex quo ſpecifice reñcit̄ remediūʒ reſtitutiōis.⁊ in incertis nō certis locus eſt coniecturis.l.continuus.§.cuʒ ita.ff.
3 de ver.ob.⁊ maxime qꝛ dicit̄ vel aliq̄ reſtitutio.quod † verbū aliqua eſt vniuerſale ⁊ cōprehendit quālibet reſtitutionem.arg.gl. no.in cle.j.de fo compe.⁊ eorū que doct.dicūt in.c.paſtoralis.de offi.deleg.⁊ in c.ſuper.de eo qui cogno.cōſan.vxo.⁊ in.c.ij.§.j.de decimis lib.vj. ¶ Ex quibus ꝯcludo qḋ aduerſus dictam ſnīam que tranſiuit in rem iudicatam nō cōpetit reſtitutio.⁊ fortius
4 hoc eſt cōcludendum qꝛ ſtatutū ſubdit vel modo aliquo. † Que verba generalia ⁊ geminata includūt modos ſimiles ⁊ maiores ſic expreſſis iuxta no.per gl.in cle.j.de re iudi.⁊ in.l.cū penam.ff. de arbi.

de arbi faciūt no.in.l.baliſta.ff.ad trebel.cū ſi. ¶ Solū reſtat vna diffi cultas qꝛ † minores dicūt noluiſſe reſtitui aduerſus ſniam ſꝫ aduerſus aditionē p quā fuim⁹ leſi. ⁊ clarū eſt de iure cōi qꝛ cōpetit reſtitutio vt eſt caſus in.l.j.C.ſi vt ſe ab hereditate abſtineat. ⁊ in.l.ait pretor.§.reſtitutio.ff.de minori. que reſtitutio nō vr̄ a ſtatuto denegata qꝛ lꝫ denegetꝛ ꝯ ſniam non tñ vr̄ cōtra additionē denegata ſtatutū cū ſit exorbitās igitꝛ nō dꝫ extēdi ad caſum in ſtatuto nō cōprehēſum l.qđ vo.ff.de legi.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matri. ¶ Cōfirmatꝛ iſta ꝯcluſio.nā videmus qđ lꝫ contra ſniam q̄ libertatē datā declarat nō detur reſtitutio tñ bñ cōpetit q̄n declarat dādā libertatē:vt cōcluditꝛ cōiter in.l.j C.ſi aduerſus libertatē. ¶ Nec obſtare videbatꝛ ſi diceretꝛ qđ verū eſt qđ virtute dicti ſtatuti nō eſt denegata reſtitutio aduerſus aditionē q̄n ſimpliciter tractaretꝛ de reſcindēda aditiōe hereditatis qꝛ ſtatutū hūc caſum nō cōprehēdit ſed in caſu noſtro in cōſequētiā iſti reſtituerentꝛ cōtra ſniam: nā p ſniam ſunt tanq̄ heredes cōdēnati ⁊ cōceſſa reſtitutiōe nō eſſent ampli⁹ cōdēnati vnde qđ vna via nō cōceditꝛ dꝫ alia via denegari vt in regula cū qđ vna via cū materia.extra de regu.iur.in.vj.cū ſimi.q̄n ad hoc videbatꝛ reſpōderi poſſe qđ verū eſt qđ nō daretꝛ reſtitutio q̄n directa daretꝛ cōtra ſniam.ſed bene pōt in cōſequētiā dari:qꝛ lꝫ ſit ꝓhibita reſtitutio p ſtatutū aduerſus ſniam nō tñ eſt ſublata reſtitutio aduerſus aditionē vn̄ cū ſnīa ſit lata ꝯ tales minores tanq̄ cōtra heredes petēdo ſe reſtitui aduerſus aditionē nō erūt amplius heredes ⁊ cōſequēter nō includentꝛ in ſnia ⁊ ſic illā euitabūt:iſta cōſideratio vr̄ ꝓbari in ſimili.nā cōtra pſumptionē iuris ⁊ de iure nō admittitꝛ ꝓbatio in ꝯtrariū vt habetꝛ in aut.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nuptias. ⁊ tamē illđ intelligi dꝫ in ꝓbatiōe directa nō aūt in ꝓbatione indirecta:vt eſt gl.multū no.in cle.j.de ꝓba. ¶ Cōfirmatꝛ etiā p tex.i cle.de teſti.in vbo directo iūcta gl.extra de teſti. ¶ Cōfirmari vr̄ nā lꝫ ſit ꝓhibita reſtitutio aduerſus ſniam tñ aduerſus aditionē eſt pmiſſa lꝫ ergo aduerſus ſniāꝫ ſeparatim ſit ꝓhibita reſtitutio tñ qꝛ petitꝛ in caſu permiſſo. ⁊ in cōſequētiā ex neceſſario deuenitꝛ ad caſum ꝓhibitū indirecto ex obliquo cenſetꝛ etiā in caſu ꝓhibito pmiſſum.l.ſi is q duos.ff.de li.leg. ⁊ eſt tex. ⁊ ibi Dy. ⁊ Bar.ponūt hāc regulā in.l.j.in pnci.ff.de au.to.cura.cū cōcordātijs ibi allegatis. ⁊ iſtud idē voluit Bart.in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.fac.in.ij.regula in fine. ⁊ iſta rō confirmatꝛ magis in ſpecie:nā in cōnexis nō ſeparabilib⁹ ſi cōceditꝛ reſtitutio ſup aliquo actu preiudicatꝛ etiā actui aduerſus quē nō dabatꝛ reſtitutio.arg.l.j.C.ſi in cōi eadēqꝫ cā ⁊c.ſecus in ſeparabilib⁹.l.iij.§.ſed vtrūꝫ.ff.de mino. ⁊ ita diſtinguit Bar.in.l.ab hoſtib⁹.§.ſꝫ qꝛ ſimpliciter in.iiij.col.ff.ex quib⁹ cau.ma.ita i caſu no.ex quo nō pōt aduerſus aditionē ꝯcedi reſtitutio quin preiudicetꝛ ſnie.vn̄ iſta ſunt cōnexa igitꝛ ⁊c. ¶ Cōfirmatꝛ etiā qꝛ lꝫ ſtatutū deneget reſtitutionē intelligitꝛ reſpectu toti⁹ cauſe nō reſpectu alicuius cauſe emergētis.l.ſi ex cā.§.nūc vidēdū. ⁊ ibi Bal.ff.de mino. facit.l quoties.cū ibi no.C.de iudicijs. ⁊ .l.cū ꝓponas. ⁊ qđ ibi p Bal.C. de rebus credi. ⁊ qđ habetꝛ in.l.ſi qs in cōſcribendo.C.de pac. ¶ Cōfirmatꝛ hoc idē per illđ qđ cōſequēti ꝓhibito cēſetꝛ ꝓhibitū ātecedēs ad illud eſt per interpretationem caſus eſt in.l.oīno.ff.de ſpō.in verbo ſuppleatꝛ ideo nō hꝫ locū talis interpretatio in ſtatutis:vt dicit no.Bal.in l.j.C.ſi rector prouincie. ¶ Sꝫ pmiſſis nō obſtātib⁹ q̄ vere non obſtant contrariā ſniam veriorē eſſe exiſtimo ⁊ qꝛ fundata eſt intētio Cardi in ſnia ⁊ ſtatutis ſatis eſſet tollere rōnes in ꝯtrarium adductas ſed p maiori fortificatione intentionis ſue ⁊ vt clarior appareat reſpōſio ad obiecta confirmo fundamēta ꝯ facta in pn̄.nā ſtatutū nō dicit ſimpliciter qđ cōtra ſniam nō poſſit reſtitutio peti ſꝫ vt dixi vniuerſaliter loquitꝛ qđ aliqua reſtitutio peti nō poſſit ponderādo verbū aliqua iuxta no. in.cle.j.de ſo.cōpe.igitur nulla reſtitutio peti pōt cōtra ſniam ⁊ p ꝯſequēs nō pōt peti reſtitutio directo ꝯ ſniam nec indirecte ex quo enim vniuerſaliter loquitꝛ vniuerſaliter dꝫ intelligi.l.j.§. ⁊ generaliter.ff.de leg. preſtā.l.ſi in q ducēta.§.verū.ff.de re.du.cū ſi. ¶ Cōfirmatꝛ hoc idē ex verbis eiuſdē ſtatuti q̄ ſequuntꝛ qñ dr̄ vel modo aliquo ꝯdici q̄ verba includūt modos ſimiles ⁊ diſſimiles ⁊ maiores expreſſum ad hoc gl.no.i cle. ne romani in verbo quouis modo de electione. ⁊ in.c.ſi.in verbo quouis modo.de ſen.excō.in.vj. ¶ Confirmatꝛ pmiſſa colligēdo duo ſtatuta qđ licitū eſt.l.gallus.§.ille caſus.ff.de lib. ⁊ poſth.nā ſtatutū vltimo allegatū diſponit qđ nō poſſit peti in integ.reſti.vel modo aliquo ꝯdici ſꝫ ſtatutū dicte curie vult qđ q̄n aliqua ſnia nō pōt aliquo mō reſcidi non poſſit illis modis neqꝫ directe neqꝫ indirecte neqꝫ aliquo q̄ſito colore q excogitari poſſet vt pꝫ in ſtatuto primo loco allegato ex qb⁹ cōcluditꝛ qđ nō pōt aliqua reſtitutio peti p quā etiā idirecte immutaretꝛ vel variaretꝛ ſnia recipit eñ ſtatutū pdictū vltimā interpretationē ⁊ declarationē a ſtatuto pmo loco allegato vt plene declarat Bar.l.j.pmo.§. eritqꝫ differētia.ff.vi bo.rap. ¶ Cōfirmatꝛ iſta opi.nam vbicūqꝫ aliqua exceptio nō poteſt opponi contra ſniam pūc eſt exceptio peremptoria regulariter.l.peremptorias.C.ſniam reſcin.nō poſſe.certe nō ſolum nō poteſt opponi exceptio peremptoria que directo impugnat ſniam ſꝫ etiam illa q̄ nō impugnat ſniam directo.ſed obligationē ⁊ actionē in quibus fundata eſt ſnia iſta concluſio ꝓbatꝛ per tex.vbi eſt caſus iūcta declaratione Jac.bu. ⁊ Saly. ⁊ in.l.j.C.de iuris ⁊ facti igno.vbi dicūt ibi eſſe ſpeciale in milite qđ exceptio, que orta fuit ante ſniāꝫ ⁊ nō opō ponitꝛ neqꝫ contra ſniam neqꝫ cōtra executionē ſꝫ ꝯtra primā actionē opponi poſſit poſt ſniāꝫ igitꝛ in ꝯtrā eſt iūn cōe.l.ius ſingulare.ff.de legi.ſicut ergo exceptio peremptoria q̄ de directo impugnat ſentētiā nō pōt poſt ſniam opponi ita etiā nō pōt opponi illa que de directo nō impugnat ſniam ſed primā actionē p q̄ per indirectū impugnatꝛ ſnia ita pſicualiter dicēdū eſt in caſu noſtro qꝛ ſicut reſtitutio ꝯ ſniam peti non pōt per quā de directo impugnatꝛ ſnia:ita non pōt peti reſtitutio p quā reſcinditꝛ pma actio vel obligatio ⁊ cōſequēter ſnia īpugnatur.ſi eñ cōcederetꝛ reſtitutio aduerſus aditionē nō eſſent ampli⁹ heredes ⁊ reſcinderentꝛ obligatio ⁊ actio ⁊ p cōſequēs reſpectu ipſorū declaratio ⁊ cōdēnatio ſnie. ⁊ iſta rōne Jmo.Pau.de ca. ⁊ multi Mod.
6 in.l.ſi ex diuerſo.§.ſi.ff.ſo.ma.atteſtāt qđ † exceptio iniuſta nō pōt opponi poſt ſniam. ⁊ lꝫ iſta opinio nō ſit cōm alqs rōnib⁹ tñ omnino nō reprobatꝛ ¶ Cōfirmatꝛ etiā hoc qꝛ cōis regula eſt qđ cōtra ſniam non poſſunt illa opponi p que ſnia impugnatꝛ ſꝫ tñ executio moderatꝛ vt cōcludūt doc.in.d.l.ex diuerſo.§.ſi. ⁊ in.l.nēſcnius.ff.de re iud.ſꝫ iſta nō moderatꝛ executionē ſed impugnat ſniam igitꝛ ⁊c. ¶ Cōfirmatꝛ qꝛ ſm Pau.de ca.in.d.§ ſi.quē ſequuntꝛ are. ⁊ Mod.peruſint exceptio q̄ impugnat obligationē dr̄ ſniam impugnare nō executionē moderari.qđ patet etiā ex nota.per Bar.in.l.ſi dubitetꝛ. ⁊ in.l.ex teſtamento.§.qđ ſi duo.ff.de fideiuſ. ¶ Cōfirmantꝛ etiā pdicta ex his que no.ponit Bal. in.l.j.in.ij.col.C.de iur. ⁊ fac.igno.vbi dicit qđ tūc exceptio cōpatitꝛ ſe cū ſnia q̄n cōpatitꝛ ſe cū cā ciuili ⁊ naturali obligatiōe ex qua agitꝛ.l.pe. ff.qđ cū eo.vnde q̄n inuagētis eſt exceptuatū cōtra adeo qđ poſito vno alterum excluditꝛ tūc dicitꝛ cōtradicere indirecte ⁊ ſniam impugnare vn̄ in caſu noſtro ex quo reſtitutio in integ.tēdit ad reſcindēdam obligationē cauſatā ab immixtione ⁊ ſic ad liberādū ab obligatione predicta ꝯdicit ⁊ impugnat ſniam que ipſos tanq̄ obligatos condēnat: ſed ꝯ ſniam ex forma ſtatuti nō pōt peti reſtitutio aliqua per quā cōtraueniatꝛ ſnie aliquo modo:igitꝛ nō pōt iſta reſtitutio aduerſus aditionē peti per quā ſnie ꝯuenitꝛ. ¶ Nō omitto qđ cū iura in dubio preſumāt ſniam fore iuſtas:vt in.c.in pſentia extra de renū. ⁊ in.l.herēnius.
7 §.gaia.ff.de eui.tn maxime † ſtatuta florētina pſumūt p ſententijs latis in curia mercātie cū velint illas executionē habere ⁊ nullo remedio retractari poſſe.ad hoc eſt bonus tex.in.l.j.in fin.ff.de offi.prefect.pto. Jgꝛ qđ reſtitutio nō conceditꝛ niſi ꝓbata iniquitate ſeu leſione iuxta no.in.l.nā ⁊ poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.ſi intelligeremus ſtatutū predictū qđ eo nō obſtante peti poſſet reſtitutio aduerſus aditionē lꝫ nō poſſet peti aduerſus ſniam idē cōcludere deberem⁹ ſi lata eſſet ſnia virtute alicui⁹ ꝯtract⁹ obligationis vel cuiuſcunqꝫ alterius actionis geſti a minore qđ lꝫ aduerſus ſniam nō cōpeteret reſtitutio competeret aduerſus talē actū ⁊ in conſequētiā reſcinderetꝛ ſnia q̄n de natura reſtitutionis eſt qđ oia reponat in pſtinū ſtatū.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mi.vn̄ videretꝛ ſtatutū q̄dāmodo ad pauca reſtringi q̄n tñ ex actu ſnie lederetꝛ qꝛ nō eſt dicendū.ar.l.j.§.ſi pecuniam.ff.de calū. ⁊ qꝛ per illū tex.dicit do.Ant.in ſua diſputatiōe que incipit Bononienſis. ¶ Ex quibus cōcludo qꝛ dicta reſtitutio peti nō pōt aduerſus dictā aditionē p quā reſtitutionē tolleretꝛ virtus ſnie reſpectu pſonarū qb⁹ in integ.reſtitutio cōcederetꝛ. ¶ Ex qb⁹ pꝫ rñſio ad obiecta ⁊ in primis qđ lꝫ ſnia nō poſſit directo impugnari poſſit tñ via indirecta q̄n qcquid ſit in materia ꝓbationis que nō eſt anguſtāda ſecus eſt in materia noſtra q̄n lex ꝓhibet ne aliquo iure ſnia impugnetꝛ qꝛ tunc nō poteſt illud ius deduci per qꝛ ſiue directa ſiue indirecta ſnia impugnet vt pꝫ ex no.in.d.l.j.C.de iur. ⁊ fac.igno. ⁊ vt.ꝯ.dixi.facit regula cum quid vna via.de regu.iur.li.vi.cū materia. ¶ Preterea ⁊ ſcđo in caſu noſtro habemus ſtatutum clare loquēs qđ nō poſſit impugnari ſentētia via directa vel indirecta vel aliquo queſito colore q̄ dici vel excogitari poſſet que verba non poſſent eſſe magis preciſa ⁊ ampla. igitꝛ non eſt op⁹ alia interpretatione.l.ille aut ille.§.cū in verbis.ff.de leg.iij.vn̄ habem⁹
8 caſum clarū in dicto ſtatuto.nō obſtat qđ † venit in neceſſariā ꝯſequētiā actus pmiſſi.nā in hoc eſt aduertēdū qꝛ reſtitutio aduerſus aditionēꝫ que nō tēderet ad impugnationē ſnie qꝛ nulla lata eſſet ſnia.vt in d.l.j.C.ſi vt ſe ab heredi.abſti.item q̄n lata eſſet ſnia ⁊ ageretur primā actiōe cōtra minorē tanq̄ cōtra heredē tūc puto qđ etiā peti poſſet reſtitutio aduerſus aditionem ſicut opponi poſſet quelibet exceptio q̄ poterat ante ſentētiā opponi lꝫ per ſniam eſſet excluſa q̄n ageretꝛ virtute ſnie. ⁊ hoc per no.per gl.Bar. ⁊ doc.in.l.ob duos.ff.de excep.rei iudi. ⁊ per doc.in.l.j.C.de iur. ⁊ fac.igno.ſed q̄n per reſtitutionē aduerſus aditionē quis reſtitueretꝛ in effectu aduerſus ſniam.tunc negandū eſt qđ talis actus reſtitutionis ſit permiſſus.imo eſt prohibitus. ⁊ ſic nō hꝫ locū doctrina Bar.in d.l.j.ff.de auto.tu. ⁊ alia multa i ꝯtrariū allegata tolluntꝛ.qꝛ ſic dici poſſit ⁊ debeat ꝓhibēta talis reſtitutio p quā ſnia reſcinderetꝛ pleniſſime eſt ſupra deductum.qꝛ etiā cōfirmatꝛ.nā ex quo prohibetꝛ qđ ſnia non poſſit retractari remedio etiā reſtitutionis ⁊ q̄uis modo cēſentꝛ oia antecedētia ꝓhibita per que ad hoc deuenirem⁹ ſ.ad retractationē ſnie.l.oīno.ff.de ſpō. ⁊ iſti regula quā ponit Cy. ⁊ refert Bal.in lectura noua in.l.ij.ff.de iuriſdi.om.iudi. ⁊ lꝫ Bar.in.l.cū lex.ff.de fideiuſ.vbi vult qđ ꝓhibita alienatione ⁊ trāſlatione dñij cenſetur ꝓhibita obligatio.itē etiā cōtractus qui tendunt ad hāc trāſlationē dñij. ¶ Preterea Bal.cōſulēdo dicit qꝛ ꝓhibit⁹ petere reſtitutionem aduerſus ſniam cenſetꝛ ꝓhibitus petere aduerſus ꝓbationē omiſ

ſam qꝛ ex q̄ remonet̃ ſnia intelligit̃ remotū principium ⁊ omnis modus perueniendi ad finem. l. omnino. ff. de ſpon. decidit in Bal. ibi ꝯtū ex eo qꝛ ſtatutū nō remouebat ex pſſe reſti. in integ. ſed qḋ non poſſet ꝯuenire ꝯ ſniam qꝛ in generali diſpoſitione nō cenſet̃ reſtitutio ſublata p no. p gl. in. l. vnica. C. ū de momē. poſ. fuerit appel. ℂ Ex qb⁹ in ppoſito dico qḋ aliqn̄ cōſtat clare ⁊ manifeſte qḋ aliqs actus eſt pmiſſus ⁊ tūc qcqd venit in neceſſariā cōſequētiā illius cenſet̃ eſſe pmiſſum. ita loquitur Bar. in. d. l. ſ. ff. de auto. tu. ita etiā loquit̃ Bar. in. d. l. ab hoſtibus §. ſ; qḋ ſimpliciter. ff. ex quib⁹ cau. maiores. ℂ Aliqn̄ ex duob⁹ pmiſſis quoꝝ vnū venit in neceſſariā cōſequētiā alterius ⁊ tūc phibito conſequēti dꝫ eſſe antecedens prohibitum. ⁊ iſta eſt regula Cy. ⁊ Bal. in. l. ij. ff. de iuriſ. om. iudi. ⁊ hoc maxime in caſu noſtro ex duobus pcedit qꝛ ſtatuere phibet vniuerſaliter qḋ nō poſſit peti aliq̄ reſtitutio ꝯ ſniam igit̃ neq; directe neq; idirecte. itē qḋ nō poſſit aliquo mō ꝯueniri neq; indirecte. ⁊ ſ; dubiū eſſet an p illa verba excluderetur reſtitutio inde qꝛ ſtatuta de illa vniuerſaliter faciunt mētionē intelligi dꝫ qḋ aliq̄ mō directe vel indirecte non poſſit ꝯueniri remedio etiā reſtitutionis: qꝛ
9 ꝯtrariū ſtatutū per aliud ⁊ vna pars ſtatuti p aliā declarat̃. l. qui filiab⁹, in prin. ff. de leg. j. ⁊ per Bar. in. d. l. pretor. §. ex quo differētia. ff. de vi bo. rap. ⁊ ita ex his ⁊ aliis ꝯ. deductis in hoc dubio cōcludo attēto maxime qḋ in curia mercantie pſumpta ſtatuta particularia ſunt facta fauore mercatorum ⁊ publica vtilitate ut mercatores pro anfractis iudiciorū diſtrahant̃ ſ; poſſint mercature attendere. vn̄ nō eſt cēſendū qḋ per vnā viā phibuerūt p aliā viā id cōcedere voluerint q̄ ad idē cēdit qꝛ nō feciſſent finem ad illud qḋ intendūt aſſequi. ſed cōcludēdum eſt qḋ ex tali via indirecta nō poſſit ſnia retractari ℂ Circa ſcḋam qōnē nō eſt dubiū qḋ nō attēto qm̄ tenerent̃ itē q̄do eſſet petitū ſi dicti ſunt filii Luce ⁊ Laurētii fuiſſent ſimpliciter cōdēnati qḋ tenerent̃ quiſq; p ſerta parte. caſus eſt ꝯtrariū intellectū gl. i v̄bo inequalib⁹ in. l. j. C. ſi plures vna ſnia quā ita in ppoſito exēplificat Bar. de ſaly. ⁊ Pau. de caſt. ſed in caſu noſtro arbitror qḋ indubitāter qlibet cenſeat̃ condēnat⁹ quatenus in veritate tenet̃ tanq̄ heres patris ſui: iſta ꝯcluſio pbat̃ pri mo qꝛ cōdēnat̃ hereditas ⁊ ſic cēſet̃ facta condēnatio quaten⁹ teneret̃ p hereditariis portionib⁹ qꝛ obligatio ⁊ cōdēnatio hereditaria diuidūtur inter heredes pro hereditariis portionibus. l. pro hereditariis. C. de here. actio. l. j. C. ſi cer. pe. ℂ Scḋo qꝛ forti⁹ voluit ibi Pau. de caſt. in. d. l. j. C. ſi plures ſimul vna ſnia qḋ ſi actū eſt ꝯ plures heredes ⁊ ſic p hereditaria portiōe ⁊ ſunt ſimpliciter cōdēnati cēſeātur condēnati p hereditaria portione qꝛ nō in pl⁹ tenebant̃ ⁊ ita vr̄ iudex cōdēnaſſe ⁊ eſt rōnabilis rō ſm eū ⁊ ſic decidit caſum noſtrū. ℂ Tertio nā bar. de ſaly. dicit qḋ ſi heredes q inequaliter tenent̃ ſunt cōuēti ⁊ ſic p portionib⁹ hereditariis ſunt ſimpliciter cōdēnati nō vꝫ ſnia in pſona illorū qui ſunt in plus cōdēnati q̄ petitū eſſet. ar. l. vt fundus. ff. cōi diui. igit̃ ne habeam⁹ dicere ſniam nullā in aliqua parte dicam⁹ qḋ ſint p hereditariis portionib⁹ cōdēnati ar. l. quod. ff. de reb. du. ℂ Quarto qꝛ vt inquit Bal. in. l. fi. C. cōi diui. verba ſnie intelligi debēt ſm naturā iudicii etiā ſi opus ſit verba improprīare. ar. gl. in. l. ⁊ puto. ff. fa. erciſ. itē declarat̃ ſnia ex actiōe gl. in. l. ſi qs ad exhibēdū. de exc. p. rei iu. igit̃ intelligātur cōdēnati p hereditariis portionib⁹ quatenus tenent̃. ℂ Quinto qꝛ nō ſunt ſimpliciter cōdēnati vt tales ſ; vt tales heredes igit̃ pro hereditariis portionib⁹ quatenus ſunt heredes. arg. l. ſed ſi plures. ff. de vul. ⁊ pup. ℂ Sexto qꝛ hoc videt̃ in fine ſnie declarari dū dicit̃ referendo a ciaſchuno ⁊ a ciaſchuna coſa quello che debitamēte ⁊ actamēte ſi coſſa rechiede ⁊ appartiene. Igit̃ referēdo dictā clauſulā ad oīa ſuperiora iuxta. l. talis ſcriptura. ff. de le. j. quilibet cenſet̃ cōdēnatus quatenus dꝫ ⁊ quaten⁹ ad eū pertinet. ℂ Poſtremo qꝛ in curia mercatorū nō apices iuris ſ; equitas ⁊ veritas attēdi debeat. l. ſi fideiuſſor. §. q̄dā. ⁊ l. quint⁹ ⁊ vero biq; Bar. ff. mā. ideo catenus cenſeant̃ cōdēnati quatenus in veritate tenebantur. Laus deo clementiſſimo ⁊c.

ℂ Caſus. Excelſa cōitas florētie imponit granedines caſtris ſibi ſubiectis quas granedines vniuerſitates caſtrorū diſtribuūt inter hoīes ſuos dupliciter. ℂ Primo p capita pſonarū nō actēta quātitate bonorū. ℂ Scḋo diuidunt inter hoīes ſuos ſm facultates ⁊ quātitates bonorū ⁊ ſic imponunt̃ pſonis p reb⁹. Vn̄ ſuccedit qꝛ impoſita granedine per cōitatē florētie caſtro palatie ⁊ diuiſa granedine inter hoīes dicti caſtri p capita ⁊ ſm facultatē bonorū: quidā magiſter Franciſci impoſite erāt granedines p capita habito reſpectu ad pſonā ſuā filiorū ſuorū ⁊ nepotū triū ex quodā filio pmortuo mortis cōdidit teſtamētū in quo nepotib⁹ ſuis ex filio pmorto iure inſtitutionis reliquit equis portionib⁹ p eorū portione ſue hereditatis ⁊ bonorū infraſcripta bona ⁊c. ⁊ poſt enumeratiōnē bonorū dixit in quib⁹ quidē bonis oīnib⁹ mobilib⁹ ⁊ immobilibus ꝯ. ſ. ſpeciebus iuribus debitis ⁊ creditis eos heredes inſtituit ⁊ iuſſit eos eſſe tacitos ⁊ contentos ⁊ nihil de bonis ſuis amplius petere poſſent aliquo modo in omnibus autem aliis bonis ⁊c. vniuerſales heredes iſtituit filios ſuos: mortuo teſtatore ⁊ facta diuiſiōe bonorū ꝯt̃ cōtētio inter dictos nepotes ⁊ filios ſuper ſolutione granedinū que imponunt̃ ſingulis annis vertute granedinis impoſite dicte vniuerſitati. ⁊ pro parte dictorum nepotum allegatur quod non teneantur quia ſunt inſtituti rebus certis ⁊ ſic non teneant̃ ad debita hereditaria. in cōtrariū allegat̃ per filios qꝛ in primis ipſi tenent̃ ad granedines impoſitas per capita quaten⁹ impoſite fuerūt dicto magiſtro Frā. ppter capita dictorū nepotū. itē qꝛ tenent̃ etiā ad alias impoſitas perſone dicti magiſtri Frāci ſm facultates bonorū ſm ratā bonorū in quib⁹ dicti nepotes ſunt heredes inſtituti p eorū portione hereditatis queritur conſilium in fauorem filiorum ⁊c.

ℂ Conſilium. cexlij.

1 Soluere onera quis teneatur.
2 Teſtatoris diſpoſitio limitatur ⁊ aliquando ampliatur equalitatis ſeruande cauſa inter filios.

Dominus labia mea aperiat

1 ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectū. ℂ In pſenti cōſultatiōe primo aſpectu cōcludēdū videbat qḋ ꝯ dicti nepotes nō tenerent̃ ad granedines impoſitas dicto ma. Frāci. ſoluēdas ſingulis annis qm̄ es alienū teſtatoris nō ſequit̃ inſtitutos in reb⁹ certis ſ; heredes vniuerſales prout plene legit̃ ⁊ no. in. l. j. §. ſi ex fundo. ⁊ in. l. ex facto. la grāde. ff. de here inſti. ⁊ in. l. quoties. C. eo. ti. ⁊ eſt tex. in. l. j. §. ſi heres. ⁊ ibi no. ff. ad trebel. cū ergo dicti nepotes inſtituti fuerint in rebus certis videt̃ qḋ ad dictas collectas ad quas erat obligatus teſtator nō teneātur. ℂ Confirmari vr̄ ⁊ ſcḋo iſta concluſio qꝛ collecte hodie imponunt̃ perſonis pro rebus vn̄ ſi res trāſeūt de pſona in pſonā nō trāſeunt cū onere. l. reſcripto. §. fi. ⁊ ibi plene declarat Bar. ff. de mune. ⁊ hono. ⁊ Bar. plene in repe. l. j. C. de mulie. ⁊ in quo loco lib. x. ⁊ ſ; Bal. in. l. j. §. qḋ ſi nemo. ff. qḋ cuiuſq; vniuer. no. ergo in caſu noſtro ſ; res de perſona magiſtri Joānis ⁊ ei⁹ hereditate tıtulo ſingulari trāſiuerint in ſuos nepotes nō dicunt̃ obligati ad collectas. cōprobat̃ ⁊ tertio qm̄ debitū ſoluendi collectas ſingulis annis de quib⁹ collectis agimus ante nouā impoſitionē ꝯtctū fuit p magiſtrū Frā. ⁊ ita apparet deſcriptus debitor magiſter Frā. ſed poſt ꝯtctā obligationē ſemp tenet̃ ad collectas ille q obligatus ꝯtxit vt declarat Bal. in. l. etiā iuxta. fi. C. de execu. rei iudi. ⁊ Bal. in. l. j. §. qḋ ſi nemo. in. iij. q. ff. qḋ cuiuſq; vniuer. no. igit̃ ⁊c. ⁊ ſup iſta difficultate videbat̃ pmiſſa cōſultatio. ℂ Sꝫ pmiſſis nō obſtātib⁹ ꝯtrā ſniam veriorē exiſtimo qḋ imo dicti nepotes p rata ipſorū ad collectas teneant̃. ⁊ in primis quo ad collectas q̄ imponunt̃ p capita res vr̄ multū clara qꝛ ſi impoſita fuit magiſtro Frā. ⁊ capitib⁹ filiorū ⁊ nepotū quatenus impoſite fuerūt capitibus nulla habita cōtēplatione patrimonij tales collecte ſequunt̃ capita quib⁹ impoſite ſunt vt pbat̃ in. l. j. C. de mulie. ⁊ quo loco. lib. x. ⁊ ptꝫ ex no. p Bar. ibi dū tractat de muneribus mere perſonalib⁹. ⁊ in. l. iiij. §. ſi actor de re iudi. ⁊ per Bal. in. d. l. j. §. qḋ ſi nemo. cū multis ſi. ℂ Confirmat̃ iſta concluſio. nā qm̄ onus imponit̃ rei nō hereditati cōtēplatione perſone tūc ad quēcūq; trāſit res trāſit cū onere. vt in. l. j. C. de anno. ⁊ trib. lib. x. ⁊ tradit Bar. in. d. l. j. C. de mulie. ⁊ in quo loco eo. lib. ⁊ probatur in. l. apud. iulia. §. heres. ff. de leg. j. cum ibi no. ergo pari rōne qm̄ imponunt̃ pſone nulla habita cōtēplatiōe patrimonii ſequunt̃ pſonā ⁊ nō patrimoniū. Quo aūt ad collectas q̄ imponunt̃ pſone pro reb⁹. vt in d. l. reſcripto. ⁊ ibi Bar. in. §. fi. ⁊ p Bar. in. d. l. j. C. de mulie. ⁊ in quo loco eo. lib. dico qꝛ idē cōcludēdum eſt qꝛ p rata primorū ſuſtinere debēt collectas dicti nepotes ⁊ dico qꝛ hāc qōnē decidit in terminis Bart. p illū tex. in. l. quero. ff. de vſufr. le. vbi dicit qꝛ ille cui legat⁹ eſt vſuſfruct⁹ tenet̃ ad ſoluēdas collectas q̄ imponunt̃ pſone p rebus p illū tex. vbi eſt caſus. ſi ergo tenet̃ ille cui legat⁹ eſt vſuſfruct⁹ fortius teneri debet ille qui eſt in ppietate inſtitutus. ar. aut. multo magis. C. de ſac. ſanct. eccle. Hāc etiā qōnē decidit Bar. in. l. neq; ſtipēdiū. ff. de impen. vbi dicit qꝛ ſicut onus reale impoſitū rei in dote dat̃ e ptinet ad virū qui percipit fruct⁹ vt ibi eſt caſus ita on⁹ qꝛ imponit̃ pſone p reb⁹ ad eū pertinētib⁹ pu̇t eſt collecta. allegat gl. in. l. j. C. de mulie. ⁊ in quo loco. allegat etiā Spe. in ti. de cenſib⁹. §. nūc videndū. nō obſtāt in cōtrariū allegata. nā ad primū rn̄det̃ qꝛ argumentū pcedit in obligationib⁹ perſonalib⁹ qm̄ pſona tm̄ eſt obligata qꝛ tūc ſolus heres vniuerſalis tenetur qui repreſentat pſonā defuncti. l. j. C. ſi cer. pe. ⁊ in. l. p hereditariis. C. de here. acti. ſecus in debitis ad q̄ tenet̃ pſona p reb⁹ quas poſſidet qꝛ ex eis fructus percipit qꝛ tūc talia debita prout ſunt collecte trāſeūt in legatariū vt eſt caſus ⁊ ibi Bar. in. d. l. quero. ⁊ trāſeūt in ſingularē ſucceſſorē ſm Bar. in. d. l. neq; ſtipēdiū. ℂ Cōfirmat̃ pdicta rōne ex his que ponit Bar. in. l. luci⁹. §. idē rn̄dit. ff. ad muni. vbi dicit illud idē qḋ in. d. l. neq; ſtipēdiū. bene facit tex. in. c. j. ⁊ ibi per Bal. per quos ſiat inueſtitura. ⁊ tex. in. l. hi penes cū ibi no. p Bar. ⁊ alios. C. de agri. ⁊ cenſi. lib. xi. ℂ Nō ob. qꝛ ſcḋo loco in cōtrariū allegat̃ qꝛ illud procedit qm̄ res pro qbus imponit̃ collecta trāſeūt in perſonas priuilegiatas que nō tenent̃ ad illas puta ſi in clericos vel eccleſias vt traditur in. d. l. reſcripto. §. fi. ⁊ per Bal. in. d. l. j. §. qꝛ ſi nemo. ff. q. cuiuſq; vniuer. no. qm̄ ex quo pſona nō eſt ſubiecta nō poteſt ſibi imponi collecta pro rebus. ℂ Secus qm̄ bona trāſeūt in perſonas ſubditas ⁊ que tenent̃ ad collectas: qꝛ tūc illi in quos bona trāſeūt tenent̃. pbat̃ ex no. in. d. l. quero. ⁊ l. d. l. neq; ſtipēdiū. ⁊ i. d. l. luci⁹. §. idē rn̄dit. ℂ Ad tertiū reſpōdeo nā difficultas vr̄ pendere ad hoc nūquid dicat̃ cōtractū debitum vſq; ad prin. qm̄ ſit impoſitio caſtro ⁊ diuiſio poſita per perſonas pro collectis ſoluēdis ſingulis annis certo tpe vſq; ad nouam impoſitionem ſicut

non ſicut dicim⁹ qꝺ pmiſſio annua eſt vna ꝑ oib⁹ annis iuxta.l.
ſtichū.§.ſtipulatio.ff.de ver.ob.Nā intelligēdo vſ qꝺ tn̄ teneat
ille cor u prin.on⁹ eſt impoſitū ꝑ reb⁹ lꝫ illas nō poſſideat ⁊ per
cōſequēs ei⁹ heres.⁊ hoc vꝫ ſentire Bar.in.l.incola.ff.ad muni.
ci.ver.quo qd ſi facit ſe allibrari.❡ Sꝫ ex mēte gl.⁊ Bar.ibi cōtra
riū occidit ⁊ rńdet ad argumētū qꝺ ꝓcedit qn̄ iam eſſet cōtra
ctū debitū collecte imponēde qꝛ eſſet qn̄ iā collectis deſtinat⁹ vt
dicit tex.in.d.l.incola.§ verba intelligūt gl.⁊ Bar.qn̄ debitū col
lecte eſſet cōtractū vel erat denūciatū cōſulib⁹ qꝺ imponeret ſed
onus collectarū futurarū ſeu debitū nō dicit cōtractū igit ad
illud nō tenent nō poſſidētes illa bōa ꝑ qb⁹ pſonis fuit tale on⁹
impoſitū ſꝫ tenent pſone talia bōa recipiētes ſicut eſt parte bo
norū recipiūt ita ꝑt ōnerū ſubire tenent ſm gl.⁊ Bart.in.d.l.in
cola.qui ad hoc allegat.l.ſi.ff.de colle.illicitis.⁊ pbat ex his que
ponit Bal.in.d.l.j.§.nemo in.iij.q.⁊ hoc clare exprimit Pau.de
caſt.in ſuo cōſi.cviij.inci.ſuper primo q̄ſito in.vj.dubio.❡ Cōfir
mat iſta reſpōſio nā put ego dixi poſt quoſdā Mod.in.d.l.ſti
chū.§.ſtipulatio qn̄ debitū annuū cōtrahit ex diſpoſitiōe legis
dicit eſſe multiplex ſicut in vltimis volūtatib⁹:vt in.d.§.ſtipula
tio qꝛ leges ⁊ ſtatuta poti⁹ ſunt iterp̄tāda ſm leges loquētes i vl
timis volūtatib⁹ ſm Bar.in.l.ſyn quocꝫ.ff.de here.inſti.⁊ in.l.ſ.
C.de his quib.vt indi.ſed debitū annuū in vltimis volūtatibus
eſt multiplex ergo idē qn̄ debet ex diſpoſitiōe legis municipalis.
ad hoc eſt tex.optimus in.l.poſt duos.C.de aduo.diuer.iu.vnde
an teꝑ veniat annus ſoluēdi collectas nō dicit cōtractū debitū
igit debet ad talē inſtitutū in re certa trāſire.❡ Preterea reſpō
deo ⁊ aliter qꝺ lꝫ ex quo ſolus magiſter Franc.eſt deſcriptus ſoli
heredes cogi poſſent ad ſoluendū tn̄ recuperare poſſunt a lega
tarijs cū cōtēplatione rerū legatarū grauent put declarat no.d.
Pau.de ca.in.d.cōſi.viij.in.vj.dubio.⁊ pulchre declarat Bald.
in.l.ſi negociū.C.de neg.geſt.❡ Preterea videt quod bona ꝓcol
lectis ſint tacite obligata ſm Bal.in.d.l.j.§.qꝺ ſi nemo per.l.mu
rileguli.C.de murile.lib.xj.⁊ Bald.in extrauag.de pace cōſtan.in
verbo nos romanorū.⁊ Pau.de ca.in.d.l.apud iulia.§.heres.ff.
de leg.j.igit erāſtāt cū onere vt cōcludit Bar.in.d.l.reſcripto.ad
ſi.ff.de mune.⁊ hono.❡ Poſtremo eſt aduertēdum qꝺ pater in
ſtituit nepotes in qbuſdā bonis ⁊ debitis ⁊ creditis ⁊ exp̄mit
pro eorum portione ſue hereditatis.vnde eſt aduertendū qꝺ pa
ter quibuſcūꝗ verbis etiā diuidēdo pōt filios ſuos heredes face
re:vt in.l.ſi.cū ibi no.C.fami.erciſcun.ex quo ergo pater aſſignat
bona debita ⁊ credita pro portione hereditatis in illis aſſignaſ
ſe ⁊ eos heredes inſtituiſſe videt qꝺ facere potuit vt in.d.l.ſi cum
ibi plene no.ſed qn̄ ſit legatū ſub noīe portiōis hereditatis trāſ
eunt onera pro rata vt habet in.l.ſi quis ſeruū.§.ſi.cum ibi no.ff.
de leg.ij.⁊ in ſpecie in caſu noſtro ita dicit.d.Pau.de ca.in cōſi.⁊
2 loco ꝑallegato.⁊ hoc maxime cenſendum eſt ad ſeruandā equa
litatē inter filios vt omnes pro rata bonorum teneantur ad col
lectas propter quam equalitatem ſeruādam limitatur aliquan
do ⁊ amplius diſpoſitio teſtatoris.l.ſi.⁊ ibi no.C.cōiaſtriuſ.iud.
⁊.l.cum pater.§.euictis.ff.de leg.ij.faciunt no.per Bar.poſt Old.
in.l.ſi pater.in prin.ff.de dona.⁊ refert Bal.⁊ ſequitur in.l.ſilie cu
ius in.vij.q.C.de collatio.❡ Ex quibus cōcludo quod vel dicti
nepotes tenentur ad collectas pro rata bonorum vel ſi patrui
aſtringuntur ſi ſoluunt repetere poſſunt a dictis nepotibus.
Laus Chriſto redemptori amen.

❡ Conſilium.ccxliiij.

1 Actione mandati quis teneatur.
2 Teſtes ſi concordent in ſubſtantia ⁊ in facto principali ſufficit.
3 Teſtis vnus ſi plura verba dicat quam alter non per hoc dicun
tur variare.
4 Iuriſdictionem habens in principali habet eam etiam in depē
dentibus ⁊ connexis.
5 Teſtis per quem ⁊ coram quo debeat examinari etiam vbi eſt pe
riculum mortis.
6 Teſtis abfuturus quotuplex iuramentum preſtet.
7 Probatio qualis requirat ſuper morte vel abſentia diuturna.
8 Iudex an preſumatur adhibuiſſe cauſe cognitionem.
9 Sententia ſubito lata eſt nulla.
10 Notarij aſſertioni quando ſtetur.
11 Copulatiua ad hoc vt verificetur quid requiratur.
12 Agi an poſſit contra fideiuſſorem in dennitatis vt defendat.
13 Lis ſeu queſtio quando profertur a lege intelligitur poſt litem
conteſtatam.
14 Teſtes deponentes non veriſimilia an ⁊ quando probent.

Dominus labia mea aperi
at Et ſpiritus ſanctus illuminet intellectū.❡ Conſi
derata facti cōtingētia ⁊ viſis ⁊ conſideratis teſtibus
ab vtroꝗ examinatis in cā q̄ vertit inter Ceſarem ⁊ Ja.ex vna ⁊
Ant.mariā ex alia pro fundamētis ꝓdicte cōſultationis p̄mit
tendū eſt qꝺ per ea q̄ probant ꝑ quatuor teſtes inductos ꝑ Ceſa.
⁊ Ja.duos ad perpetuā rei memoriā examinatos ⁊ duos poſtea
in pn̄ti cā pbat manifeſte qꝺ dicti Ceſar ⁊ Ja.fideiuſſerūt ꝑ
dicto Bartho.zamberlano ad inſtantiā dicti Ant.marie ⁊ ei⁹ ꝓ
cibus ⁊ mādato ⁊ ſic dictus Ant.maria tenet conſeruare Ceſarē
⁊ Jac.indēnes actione mandati.Iſta cōcluſio probat primo per
duos primos teſtes examinatos ad perpetuā rei memoriā vꝫ ꝑ
Marcū de ſalopħa ⁊ Petrū Joānis qui deponunt qꝺ Ceſar ⁊
Jac.recuſabant fideiubere ⁊ qꝺ Ant.maria inſtetit qꝺ ſecure ꝓ
mitterēt ⁊ qꝺ nō dubitarent qꝛ cōſeruaret eos ſine dāno vn̄ ex q̄
ſequuti ſunt ei⁹ voluntatē eis cōpetit actio mādati.l.ſi.⁊ ibi no.
C.de inſtito.act.itē ex quo apparet qꝺ coegit eos qꝺ ꝓmitterent
cū recuſarent etiā inducit mandatū.l.j.ff.mā.itē ex eo qꝺ dixit qꝺ
ſecure facerent ⁊ nō timerēt.l.cuiꝰcūꝗ.§.ſꝫ ⁊ cū fullo.ff.de inſtito.
act.⁊ in.l.ſi vero non remunerādi.§.ſi qs mādauerit.ff.mā.cum ſi.
itē ex eo qꝺ dixit qꝺ conſeruaret eos indēnes ⁊ ſic voluit qꝺ ſuo
periculo intercederent tex.eſt in.l.j.in verbo piculo meo.ff.qꝺ iuſ
1 ſu.†vn̄ cū fuerint verba valde ſpecialia tenet actione mādati.ad
hoc etiam pulchre no.Bart.in.l.lucius.ff.de fideiuſ.⁊ ꝑ Bald.⁊
alios in.l.ſi.C.qꝺ cū eo.⁊ hec oīa etiā pbat per alios duos teſtes
poſtea in cā examinatos vꝫ Joānē ⁊ Gabrielē.⁊ ſic pbatur mā
datū vt ptꝫ in iurib⁹ allegatis ⁊ lꝫ teſtes in cortice ⁊ formalitate
verborū in aliquo variare videātur tn̄ in ſubſtancia teſtium ſūt
2 cōcordes†⁊ idē deponunt vn̄ talis varietas nō nocet cū cōcordēt
in ſubſtātia ⁊ in facto principali:vt in.c.cum dū cū gl.in verbo ſub
ſtantia de conuerſi.cōiuga.eorū.⁊ in.c.cuꝫ eccleſia ſutrina.in ver
bo vacillaſſe de cā poſ.⁊ ꝓprie.⁊ no.Joā.an.in.c.nihil obſtat.de
ver.ſi.vbi dicit qꝺ meli⁹ pbāt teſtes qn̄ ꝑ diuerſa verba deponūt
in eundē rei ſinē quā ſi ꝑ eadē verba qꝛ ſuſpicari poſſet ne ꝑ eun
dem premeditatūꝗ ſermonē deponerēt quo caſu nō ita bn̄ pba
rent.l.iij.poſt principiū.ff.de teſti.niſi forte contētio eſſet ſup for
malitate verboꝝ iuxta no.ꝑ.d.Ant.⁊.d.Abb.in.d.c.nihil obſtat
ſecus ſi de ſubſtātia facti vt declarant.d.Anto.⁊.d.Abb.in.d.c.
cū eccleſia ſutrina.⁊ Bal.in.c.bone.el.j.de elec.⁊ eſt text.optimus
in.l.qui ſniam.C.de peri.⁊ pulchre.loquit Bald.in.l.j.C.ſi vnus
3 ex plurib⁹†⁊ lꝫ plura verba ſint ab vno teſte ꝓlata ⁊ probata q̄
ab alio non hꝫ obſtare.caſus eſt no.in.c.cū marte.de celebra miſ.
factis iam fundamētis in fauorē Ceſaris qꝛ pars aduerſa conat
ſe defendere opponendo quaſdam excep.cōtra teſtes.In primis
deueniendū eſt ad teſtes examinatos ad perpetuā rei memoriam
circa quos ex multis dicēdū vꝫ qꝺ nō pbēt cū in plurib⁹ deficere
videant examinatio ꝓdicta ⁊ quālibet obiectionē ſigillati diſcu
tiem⁹.Et primo reſpectu Mar.i de ſalopħa examinati de māda
to maſſarij mutinē:qꝺ examinatio fuit facta de mādato ſeu cō
miſſiōe iudicis icōpetētis ⁊ ꝯſequēter nihil ꝓdeſt iuxta no.ꝑ gl.
ſi.in ſi.l.c.cū cām.extra de teſti.⁊ ibi doc.⁊ qꝺ habet in cle.ſi.eo.ti.
⁊ facit ꝑ totū.C.ſi a nō cōpe.iudi.cū ſi.Quod autē dictus maſſa
rius ſit incōpetēs patet ex eo quia ipſe non eſt ordinarius inter
duos priuatos:vt habet in.l.ij.C.ſi aduerſus fiſcū in iuribus ſta
tim.ſ.allegandis.❡ Nec obſtare videt.l.cū vendente.C.vbi cauſe ſi
ſca.⁊.l.cū terrā cū ibi no.C.de ſen.⁊ interlo.om.iud.qꝛ reſpondeo
quod illa iura procedūt vbi fideiuſſor vult conuenire debitorē ſi
ſci ꝑ quo ſoluit pro quo facit ſummariū Jac.bu.⁊ Bal.l.d.l.pe.
non autē loquat vbi vellet fideiuſſor cōuenire tertiū qui manda
uit vt fideiuberet ⁊ qn̄ promiſit indemnitatē vt contingit in ca
ſu noſtro qꝛ i hoc vꝫ ceſſare rō eorū que ibi dicunē per Bal.ſꝫ de
fendēdo examinationē ꝓdictā rńdetur multipliciter:⁊ ꝑmo qꝺ
imo illa iura.ſ.allegata habent etiā i caſu noſtro attētā parita
te rōnis.nā rō.d.l.cum vendēte.⁊.d.l.cum ceterum.eſt fundata in
eo qꝺ illa cā erat dependens ⁊ acceſſoria qōni principali vt vꝫ ſen
tire Bar.in.d.l.cū virū.dū ibi allegat.d.l.cū vendēte.⁊ ibi ponit
Pau.de ca.⁊ Saly.in.d.l.cū eoꝝ.ſed iſta rō dependētie ⁊ acceſſo
rietatis militat etiā in caſu noſtro qn̄ fideiuſſor agit ꝯtra eū qui
mandauit vt fideiuberet ꝑ debitore vt ſatis de ſe ptꝫ ergo ex pa
ritate rōnis diſpoſitio illorū iuriū dꝫ in ꝓpoſito locū habere.l.ſi
4 ind.ff.ad.l.aquiliā.⁊.l.a titio.ff.de verb.obli.⁊ facit † qꝛ regulari
ter ille qui hꝫ iuriſdictionē ſup principali qōne itelligit etiā ha
bere iuriſdictionē in depēdētib⁹ ⁊ cōnexis.ad hoc bene facit qꝺ
no.Bald.in.l.ſi.C.ſi aduerſus fiſcum.⁊ in.c.j.de calum.⁊.d.Ant.⁊
alij in.c.ceterū.de iudicijs.quorū dicta ⁊ plura alia ad hoc ꝓpo
ſitū refert Frā.Are.in conſi.lxxvij.inci qꝛ nulla fuerūt.facit etiā
tex.in.l.ſi qu ex argentarijs.§.rōne.quē ibi ponderat Pau.de ca.
ff.de edē.⁊ tex.in.l.ſi duo patroni.§.idem iubemus.⁊ ibi Bald.ff.
5 de iureiu.❡ Scḋo rńdetur†qꝺ ꝓpter imminens periculū mor
tis non refert a quo iudice fiat examinatio.ita no.Ang.put ibi
refert ⁊ ſequitur Pau.de caſt.in.l.cū hi.§.trāſact.ff.de tranſact.
limitant doctrinā Bar.dicentis ibi ⁊ in.l.ſi ſocietatem.§.arbitro
rum.ff.pro ſocio cum cōcordantij.qꝺ ſi aliqs vult facere examina

ri teſtes ad perpetuã rei memoriã vȝ etiã facere corã iudice qui
eſſet cõpetens in illa lite qḋ nõ ꝓcedit vbi neceſſitas vigeat in cõ
trariũ ⁊ ponunt exẽplũ qḋ in rõne ſui optime facit ad ꝓpoſitũ ⁊
eſt bonus tex. ⁊ qḋ ibi Barto. in. l. ij. C. de naufra. li. xi. ⁊ ſequitur
Fran. are. in. c. ſignificauit. in fi. v. col. de teſti. ⁊ in conſi. lxxxv. inci.
rñdendo breuiter in fi. iij. col. bñ facit qḋ no. Pe. de ancha. in cõſil.
cxcij. qḋ incipit in auxiliũ veritatis. ⁊ Roma. ⁊ Moder. in. l. j. ff.
de iuriſ. om. iudi. ⁊ in. l. de pupillo. §. g opus. ff. de no. ope. nũ. cum
ſi. ſed ſic eſt quod Marcus de falopijs erat in periculo mortis. ex
go ⁊c. Qḋ autẽ eſſet in periculo mortis ꝓbaꝛ nã cõſtitutus in in
firmitate maxime graui ḋr in periculo mortis conſtitutus caſus
eſt in. l. iij. ff. de dona. cã mor. ⁊ determinat Bart. in. l. j. col. xij. ver.
ſuper primi. qñ qs dicaꝛ eſſe i mortis arti. C. de ſa. ſan. ec. ⁊ eſt bo
nus tex. ⁊ ibi Inn. in. c. qḋ de his de ſen. excõi. ⁊ not. do. Anto. in
c. qm̃ frequẽter in prin. vt lit. nõ cõte. vbi eſt caſus de hoc quem
inducit. d. Abb. ibi col. xij. ver. quo quarto ergo cũ ipſe eſſet in in
firmitate conſtitutus ex qua etiã poſtea. ſ. modicũ temp⁹ deceſſit
ve probatũ eſt clariſſime inferꝛ ꝙ examinatio ipſi⁹ a predicta ob
iectiõe ꝓpter piculũ mortis defenditꝛ ¶ Tertio rñdeꝛ qḋ Ant.
maria q ꝓmiſit indẽnitatꝛ erat oĩno debitor fiſci p illã cãm ⁊ qꝛ
n fiſco cõuentri poterat: tñ qꝛ ex domo ei⁹ ſpelte fuerũt ſubtracte
vt deponũt multi teſtes examinati ſup hoc tñ qꝛ ex facto Bar
tholomei zambarlani maxime ipſo Bartholomeo officiali de
putato ad dictas ſpeltas nõ exiſtente ſoluẽdo ipſe Antonius ma
ria principalis maſſarius ⁊ officialis ſupior dicti Bartholomei
tenebaꝛ oĩno fiſco p tex. notabilẽ in. l. ex facto cũ glo. ⁊ ibi Bar. ⁊
clari⁹ Ang. ff. de neg. geſt. ⁊ ponit Ange. allegãdo illũ tex. pro no
tabili in conſi. cccxxvij. incip. p reformationẽ cõis Bononie ⁊ ſic
inferꝛ premiſſam obiectionẽ non obſtare ſtantib⁹ ꝑdictis reſpõ
ſionibus vel altera ex eis. ¶ Scḋo obiciꝛ ꝯ examinationẽ eiuſdẽ
Marci qḋ dicta examinatio fuit facta per illũ q nõ habebat cõ
miſſionẽ a iudice de qua legitime cõſtaret ⁊ cõſequẽter examina
tio ſeu depoſitio reddiꝛ nulla. teſtes enĩ ſunt examinãdi per iudi
cẽ vel per aliũ iudicis cõmiſſiõe vt no. in. d. c. cũ cãm. maxime per
d. Abb. ibi in fi. de teſte. ⁊ qḋ no. glo. ⁊ doc. in. l. hac conſultiſſima.
in fi. C. qui teſt. fa. poſ. ⁊ Bal. in. c. j. §. in cauſis. in fi. de pace cõſtan.
cũ ſi. qḋ autẽ nõ de cõmiſſiõe docetur legitime deduciꝛ qꝛ decom
miſſione facta notario non erat rogatus aliꝰ q̃ ipſemet ergo
⁊c. Nã cũ ipſe nõ eſſet notarius maſſarij nõ poterat eſſe rogatus
de cõmiſſione ſibi facta vt late declaraꝛ pro fiſco in aut. apud elo
quentiſſimũ. C. de fide inſtr. ¶ Sȝ huic obiectioni rñdeꝛ ⁊ ꝓmo
qḋ iuramenti delatio ⁊ examinatio nõ fuit cõmiſſa notario qui
ſcripſit ſȝ alteri. ſ. ſer Ioanni examinatori. notario aũt q ſcripſit
fuit ſola ſcriptura cõmiſſa ⁊ ſic ceſſat obiectio. ¶ Preterea vꝛ ꝙ
immo poſſit notari⁹ eſſe rogatus de cõmiſſione ſibi facta maxi
me ſȝ Saly. q idꝛ tȝ vbiq; vt not. Bar. in. l. ex ſola. ff. de teſt. tut. ⁊
Ang. in. l. ſciendũ. ff. de ver. ob. Sȝ circa hãc obiectionẽ latius nõ
inſiſtemus qꝛ non expedit ꝓut in ꝑcto etiam aſſeriꝛ. ¶ Tertio
ad obiectionẽ circa Petrũ aliũ teſtẽ exaiatũ cã abſentie ꝙ exa
minatio de eo facta deficit ex eo qꝛ ipſe debuit ꝑſtare duplex iura
mẽtũ ꝓut voluerunt dñi de Rota in antiq̃s deciſione cxcij. vbi
ſimplr̃ dicũt ꝙ teſtes abfuturi ꝑſtant duplex iuramentũ. ⁊ hãc
cõcluſionẽ refert genitor meus in. d. c. qm̃ frequẽter in prin. vbi di
cit ſe credere ꝙ velint dicere ꝙ vnũ iuramentũ preſtãt circa futu
rã abſentiã aliud vero ꝑſtant circa veritatẽ dicẽdã. quare cum in
caſu ꝓpoſito iuramẽtũ circa futuram abſentiam nõ fuerit ꝑſtitũ
dicta examinatio nõ vꝛ prodeſſe. ad iſtud reſpõdetur ⁊ primo dñi
de Rota i ꝑallegata deciſiõe nihil adducũt ſȝ ſimplr̃ dicũt ꝙ de
more romane curie eſt ꝙ abfuturi ſtãt duplex iuramẽtũ ⁊ ſic fun
damentũ ex more tñ non ꝙ de iure ita ſit ſed ex ſtilo romane cu
rie. ⁊ ſic nõ obſtat in caſu noſtro i quo examinatio nõ fuit facta
in curia romana. ſed in loco in quo ſtilus ꝑdictus nõ viget ⁊ fa
cit qḋ habetur in. l. iij. §. fina. ff. de teſti. ⁊. l. fin. C. de iureiurã. ⁊ per
Ang. in repetitione. §. ex non ſcripto inſtitu. de iur. natu. gen. ⁊
ciuili. ⁊ ꝙ ita loquuntur domini de Rota vbi. ſ. refert prefatus
genitor meus in. d. c. quoniam frequenter. ⁊ vidi etiaȝ in fonte in
libro deciſionum quem habeo. ¶ Preterea ⁊ ſcḋo vt dicit Bart.
in. l. lege acquilia ſi delicta in prin. vlt. col. ff. ad. l. acquiliam. nõ de
bet ꝓbari de morte vel abſentia diuturna teſtis nec exigitur ſemi
plena ꝓbatio ſed ſufficit ſuſpitio. ⁊ ſic Bar. ibi clariſſime vult ꝙ
7 ſuper morte vel abſentia diuturna tñ nõ requiraꝛ ꝓbatio ple
na ſed nec ſemiplena. ⁊ ita etiam colligitur ex dictis Innocen. ⁊
aliorum in. d. c. qm̃ frequẽter. in prin. ⁊ ibidẽ refert ⁊ ſequiꝛ geni
tor meus. ſi ergo nõ exigiꝛ ſemiplena ꝓbatio cõſequẽter dicẽduȝ
eſt non requiri de iure iuramentũ ſup futura abſentia qḋ facit
ſemiplenã probationẽ iuxta no. in. c. ex inſinuatiõe. de procu. l. ad
monẽ. ff. de iureiur. ⁊ in. l. in bone fidei. C. de re. cre. in. c. ſi. de iureiu
ran. ⁊ maxime qꝛ deponit de facto proprio ſup abſentia ſua diu
turna. arg. eius qḋ no. in. l. ſi qs decurio. C. de falſis cũ concordan
tijs. ¶ Confirmanꝛ ꝑdicta p ea q̃ tradit Bar. in. d. l. admonẽdi.

col. iiij. dñ ibi dicit qḋ vbicũq; iudex inclinat animũ ſuũ ad ali
quã partiũ ex aliq̃ leui iudicio vel ex aliquo argumento iſta ap
pellaꝛ ſuſpitio de q̃ dicit log dictã. l. ſi. l. aq̃lia ſi delicta. Põderã
dum eſt quatenus Bar. dicit ex aliquo leui iudicio ⁊c. Nam iu
dicium eſt minus ꝙ ſemiplena probatio: vt no. gl. i. l. cũ ꝓbatio.
ff. de proba. ⁊ ſic vult Bar. ibi qḋ illud qḋ nõ eſt ſufficiẽs ad cau
ſandã probationẽ ſemiplenã ſufficit ad ſuſpitionẽ inducẽdã ⁊ ꝑ
miſſa verba Bar. hoc mõ ponderata optime coadiuuãt ea q̃ ſu
perius dicta ſunt ex ꝑdictis ergo ꝯcludẽdũ vꝛ illã deciſionẽ dño
rũ de Rota de iure nõ ꝓcedere ⁊ ipſimet vt dixi⁹ nõ fundãt
ſe ſup iure ſed ſup more romane curie ex premiſſis etiã inferꝛ qḋ
cũ ex dicto ſimplicis ipſius teſtis ſatis oriaꝛ ſuſpitio. arg. glo. in
l. titio fundus. ff. de cõdi. ⁊ demõ quã doc. allegãt in multis locis
adductis per do. Alex. in. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi ꝑtori. ff. de ope.
no. nũci. merito illud eſt ſufficiens in caſu noſtro accedit ad con
firmationẽ predictoꝝ qḋ in arbitrio iudicis cõſiſtit quãta fides
ſit teſtibus ꝑſtãda ⁊ q̃ debeãt mouere animũ ſuũ. l. iij. ver. tu ma
gis. ff. de teſti. ⁊ qḋ pulchre no. Bar. in. l. lucius. in fi. ff. de his qui
no. infa. ⁊ cũ iſta materia ſit qua in caſu noſtro ſit arbitraria vt
concludũt Inn. ⁊ oẽs i. d. c. qm̃ frequẽter inferꝛ qḋ ꝓ iudice ꝑſu
miꝛ. Nam ꝓ iudice in ordinarijs multũ preſumiꝛ: vt no. Inn. in
c. innotuit. de eo q fur. ordi. ſuſcep. ⁊ in. c. ad peti. ad fi. de accu. ⁊
d. Abb. in. c. j. col. x. de dilat. ⁊ facit qḋ diceꝛ. ſ. circa vnam aliam
obiectionẽ nõ parũ etiã cõfert ad ꝑdicta qḋ poſtea ꝓbatũ eſt qḋ
ille teſtis incõtinẽti ſe abſentauit vt ex diſpoſitiõib⁹ teſtiũ poſtea
examinatoꝝ apparet ex iſtis oĩbus colligiꝛ multiplex rñſio ad
deciſionẽ rote de qua. ſ. ¶ Quarto ꝯ eundẽ teſtem de quo. ſ. pri
me obiciꝛ qḋ cũ non ſit examinatus p iudicẽ cauſe que agitaꝛ
Ferrarie nec p iudicẽ domiciliij ipſi⁹ teſtis non vȝ examinatio ꝓ
notata per Inn. ⁊ Hoſt. ſupra allegato. c. qm̃ frequẽter. i ꝓn. vbi
ſentiunt qḋ teſtes debẽt recipi p iudicẽ cauſe lȝ ſint alienigene ⁊
do. Abb. in fi. viij. col. ver. ſ. quero de abſentia qḋ ſiue teſtes recipi
untur ad perpetuã rei memoriã ſiue in caſu illius capituli ꝓpter
timorẽ mortis vel abſentie debent recipi teſtes p illũ iudicẽ corã
quo cã examinanda eſt ⁊ facit qḋ diximus. ſ. allegãdo Bar. in. l.
cũ hi. §. trãſactio. ff. de trãſac. ⁊ no. doc. in. d. c. ſignificauit. de teſti.
⁊ Fede. de ſenis conſilio. cccxxvij. incip. factũ tale eſt quidem tho
mens in fi. ⁊ do. Abbas in. c. ſi qs ꝯ clericũ. col. ij. de fo. compet. ⁊
in rub. de excep. cũ concordã. Huic obiectioni rñdetur breuiter
quod illa concluſio qḋ qñ teſtes examinãtur ꝓpter rõnẽ mortis
vel abſentationẽ debent recipi per illũ corã q̃ cauſa examinãda
eſt procedit qñ recipientes in teſtes i loco illo reperiunꝛ. ſed ſi te
ſtes eſſent alibi quã vbi iudiciũ exerceꝛ ⁊ ibi eſt imminẽs pericu
lũ mortis vel abſentie nec interiȝ põt haberi recurſus ad iudicẽ
cauſe ſine periculo tũc ſatis poſſunt recipi per illũ iudicẽ vbi de
gunt ne pereat probatio. arg. l. tutor qui repertorium. ff. de admi.
tuto. ⁊ in. c. vt fame. de ſen. excõ. ita cõcludit do. Anto. in. d. c. qm̃
frequenter. ⁊ do. Abb. ibi in verſi. ſ. allega. ⁊ allegant deciſionem
Rote de qua per eos ⁊ ſequiꝛ ibidẽ genitor meus ⁊ faciũt que di
ximus. ſ. quo ad primã obiectionem. ⁊ iſta eſt clara rñſio idcirco
non expedit vltra laborare ⁊ quãplures deciſiones referũtur p
moder. in. d. c. qm̃ frequẽter per quas limitanꝛ multe regule fa
uore receptionis teſtiũ ⁊ ibi videri poſſunt. ¶ Ulterius ⁊ quin
to opponiꝛ qḋ ſupradicti teſtes fuerunt examinati ſine cauſe co
gnitione que vꝛ requiri ſm gl. ⁊ Bar. in. d. l. in lege aq̃lia. vbi plus
8 voluit gl. quã Bar. ibi reputat notabilẽ ⁊ ſingularem qḋ iudex
ad quem itur pro examinatione facienda primo feret interlocu
toriam ꝓnũciãdo teſtes valitudinarios ⁊ ideo ad eoꝝ examina
tionẽ poſſe procedi. Cõfirmaꝛ per id qḋ dicit Bal. in aut. ſed ⁊ ſi
qs. col. pe. ver. quero ſi iudex. C. de teſti. vbi in fi. illius verſi. dicit
qḋ qñ iudex voluiſſet inquirere an teſtes eſſent valitudinarij vel
abfuturi necne receptio eſſet nulla cũ proceſſiſſet de facto ⁊ inor
dinate. ſȝ ſic eſt qḋ in caſu noſtro iudex incõtinẽti cõmiſit exami
nationem ergo ex defectu cauſe cognitionis receptio ⁊ examina
tio reddiꝛ nulla p id qḋ no. Bar. in. l. prolatã. in fi. C. de ſententijs.
vbi dicit qḋ ex breuitate temporis põt preſumi qḋ iudex nõ fuit
9 inſtructus ⁊ ſñia eſt nulla tanq̃ lata ſubito. ⁊ hoc dictũ Bart.
ſequiꝛ do. Ant. ⁊ alij in. c. iuregentiũ. de re iudi. ⁊ in. c. eccleſia ſan
cte Marie. de cõſtitutione. ⁊ do. Ant. in. c. noſtra poſt mediũ. de
coha. cle. ⁊ mulie. cũ ſuis ſolitis cõcordã. ¶ Cõfirmaꝛ qꝛ ea q̃ di
cũtur de ſñia iuriſdictionis loci videnꝛ ꝓcedere etiã in interlo
cutoria. ⁊ ita no. Bal. i. l. ex ſtipulatiõe p illũ tex. C. de ſen. ⁊ facit
qḋ no. Bar. in. l. ſi. p illũ tex. ff. de fur. ⁊ in. l. a ꝓcedente. C. de dila.
⁊ qḋ no. Inno. in. c. cũ veniſſent in gl. ⁊ male qꝛ lite pẽdẽte. de re
ſti. in integ. ¶ Sed pro rñſione predictoꝝ aduertẽdũ eſt ⁊ primo
reſpectu Petri ḋi qḋ ſatis apparet de cauſe cognitiõe a Ceſare
vt differret recuſanie vt ex actis notarij cõſtat mõ ad ꝓpoſitũ cũ
dictũ ipſiuſmet teſtis ſufficere videaꝛ ex quo põt dici qḋ cauſa
uerit ſuſpitionẽ in iudice que ſufficit in materia noſtra vt ſupe
rius oſtenſum fuit reſtat qḋ ḋi interueniſſe cauſe cognitio ſuffi
ciens

ciēs cōprobat qr cū iſta cauſe cognitio ſit arbitraria vt cōcludit Jan.
ꝛ oēs in.d.c.qm frequēter.merito pſumit p iudice qd pceſſerit ad exa-
minationē eo qd ſatis fuerit adduct⁹ in ſuſpitiōe de abſentia futura ꝛ
dicit Bal.notabiliter ad ppoſitū in dicta aut.ſed ꝛ ſi qs in ver.ſalle-
garo qd cū cōmittat iudicis arbitrio qui ſunt valitudinarij pſumit le-
gitime factū ꝛ tranſit in rē iudicatā qr l ordinaria pſumit p iudice nō
ſolū in diffinitiua ſ ʒ etiā in interlocutoria.alle.no.per Jnn.in.d.c.in-
notuit.ꝛ pōderādū eſt inquātū Bal.ibi ſolū dicit qd vbi iudex noluiſ
ſet inquirere tūc receptio eſſet nulla cū pceſſerit de facto ꝛ inordinate.
ꝛ ſic clare ſentit cōtrariū eſſe qn iudex voluit ingrere ꝛ inquiſitionē ad
hibuit pſumit in dubio ſuffiē vt dixerat ipſemet ſupra.ꝛ iſta ſatis
adaptant in caſu noſtro in quo nō excludit inqſitio pcedēs vt colligi
tur ex bis q ſuperi⁹ dixim⁹.ad pdicta bn̄ facit qd ponit.d.Abb.in.c.cū
ex literis in.vij.nota.de reſti.in inte.ex cui⁹ verbis colligit notabilis
declaratio ad cōcluſionē Bar.in.d.l.platā.l.q pcedit qn penit⁹ ceſſat
pſumptio cauſe cognitiōis pcedētis ſed vbi adeſt pſumptio cauſe co-
gnitiōis pcedētis lʒ nō plene ꝛ requiſite ad pbationē ſnīe tūc ſnīa tʒ
lʒ orit pſumptio qdā l iuo vt ibi p eū lati⁹ ꝛ idē ſentit Jmo.ibi l nota
bilib⁹.Ad idē etiā qd no.d.Abb.in.c.aſſerte.in.ſ.col.de pſum.vbi po-
nit bona verba ad ppoſitū declarādo cōcluſionē Bar.in.d.l.platā vñ
cū in caſu noſtro aliquid pceſſerit ex quo potuit iudex informari ani-
mū ſuū ꝛ inclinare in ſuſpitionē ſequit qd examinatio nō pōt reddi
nulla ex defectu cauſe cognitiōis pcedētis.ꝛ ex pdictis infert qd ſimili
ter reſpectu Marci cōſtituti in piculo mortis etiā interueniſſe illa cau
ſe cognitio q fuit neceſſaria qr fuit expoſita infirmitas per Ceſarē ꝛ ro
gat⁹ maſſ.ari⁹ vt mitteret ad examinationē qui hoc audito cōmiſit.ꝛ
10 ita apparebat rei veritas vt conſtat ex teſtificata ipſius Marci ꝛ ex
verbis notarij qui dicit q Marc⁹ exiſtebat in lecto infirm⁹ cui⁹ aſſer-
tioni cū in ſua creatiōe iuret qd fideliter exercebit officiū ſuū vr ſtādū
iuxta no.per Jmo.in.l.ij.ff.de teſta.ar.l.oēs⁹.ff.de cuſto.reo.cū ſi.ꝛ tenet
Cy.in.l.ſenſū.C.q teſta.face.poſ.ꝛ faciūt q ſuperi⁹ dicta ſunt circa aliū
teſtē ꝛ qd iudex merito potuerit adduci in ſuſpitionē ſatis ſuadet qr
ita ſe habebat rei veritas vt ex pbationib⁹ poſtea factis cōſtat ita qd
graue eſſet infringere dictā examinationē ex iſto capite.ꝛ faciūt termi
ni qſtionis put figurauit Bal.in.d.aut.ſed etſi qs.in ver.ſ.allegaro.nō
enī pōt dici qd iudex receperit teſtē nō infirmū p infirmo ꝛc.ex premiſ
ſis etiā colligit reſpōſio ad doctrinā Bar.in.d.l.platā illa enī pcedit
qn ex breuitate tpis cauſat defectus cauſe cognitionis qd non contin
git in terminis noſtris:vt.ſ.declaratū fuit:accedit vlterius quod in p
poſito noſtro actus debebat momēto expediri pp̄ter periculū mortis
de quo ſupra.¶ Non obſtat qd regrit interlocutoria in iudicis ſm gl.ꝛ
Bar.in.d.l.in lege aquilia.qr rñdet qd interlocutoria nō eſt neceſſaria
vt eſt de mente oim.in.d.c.qm frequēter.ꝛ in caſu q eēt neceſſaria iudex
cōmittendo examē cauſa cognita ſatis diceret ſuper hoc interlocut⁹
fuiſſe vt tradit in.d.l.pcedere.C.de dilatio.ꝛ in.c.preterea.eo.ti.ꝛ in.c.
ex parte.ff.de appel.ꝛ in.c.ſuborta de re iudi.ꝛ Bart.in.l.j.C.de ordi.
iudi.cū ſnīs concordātibs.¶ Sexto principalr vltra pmiſſa ꝯ ambos
dictos teſtes opponit qd examē nō fuit denūciatū aduerſario.ſ.annū
ſm diſpoſitionē dicti.l.c.qm frequēter.l pnn.Qm annus ad denuncia-
dū vr currere a die receptionis lʒ agere nō potuiſſet ꝛ allegat qd h eſt
de mēte do.Abb.in.d.c.qm frequēter.in.vij.qd.qui parū facit ſʒ hoc p
bat rōne ꝛ autoritate.rō eſt qr dat ann⁹ ad vincēdū negligētiā ꝛ frau
de examinantis vt ibi no.qua ergo rōne currit ann⁹ ad agendū a die
quo agere potuit ſm gl.ꝛ doc.ibi pari rōne currere debet annus a die
quo denunciare potuit.ad hoc.l.ſi inſulā ꝛ qd ibi no.ꝛ l.cōtinu⁹ ſ.cū
ita.cū ibi no.ff.de vb.obli.¶ Scdo hoc vr decidere Jo.de imo.in.d.c.
qm in ſi.principij vel ſaluando gl.in verbo in fraude.ꝯtra Hoſt.dicit
qd lʒ ad agendū annus nō currat ſi probet impedimētū tñ ſi potuit
denūciare ꝛ nō fecit eſt pſumptio fraudis iuris ꝛ de iure.ꝛ ſic vult qd
ille q agere non pōt tenet denunciare.Sed ad hanc obiectionē reſpō-
7 ſit reuēdere ſed reddere qḋ †verbū reddere habet ſignificatum retrodādi.l.verbum reddendi.ff.de ver.ſig.⁊ in.l.i.§.eleganter.ff.de poſiti.⁊ not.Bar.in rub.ff.ſolu.ma.⁊ ſic qḋ teneat̄ retrāſferre dominium ſicut in eū retranſlatū fuit.⁊ ſic cenſet̄ obligatus potius ad dādū quatenus eſt dñs ⁊ nō ad factum ſicut tenet̄ venditor ſi eſt dñs.vnde cū traditio habeat mixturam obligationis dādi ⁊ promiſſor habeat facultatē rei tradēde ꝑciſe cogi pt̄ vt cōcludit glo.cōiter approbata in.d.l.certi cōdictio.in prin.⁊ Bar.late in d.l.ſtipulatiōes nō diuidunt̄.in.q.viij.principali.quē cōmuniter ſequunt̄ doc.⁊ hoc ſolū fundamētū ſufficeret ad victoriā. ¶ Secūdo principalr̄ probat̄ iſta cōcluſio q꞉ tres ex predictis teſtib⁹ vꝫ primus terti⁹ ⁊ quartus probant ꝙ dictus Andreas promi-
8 ſit reddere†⁊ reſtituere.in obligatione aūt rem reſtitui poſt morā non ſuccedit obligatio ad intereſſe niſi re perempta.l.i.re furtiua.ff.de condi.furti.⁊ no.glo.in.l.diuortio.§.ob donationes.ff. de ſolu.aſu ſol.mat.⁊ eſt cōmunis opinio Bar.ſcḋm do.Alex. in.d.l.ſtipulationes nō diuidunt̄. ¶ Tertio iſta opinio probari videt̄ p caſum in terminis in.l.ij.C.de pac.inter emp.⁊ vendi.vbi in vēditione fuit appoſitum pactū ꝙ quādocūqꝫ pretiū ſolueret̄ emptor reſtituere teneret̄ dicit̄ ibi ꝙ ex tpe more poſt oblatā pecuniā emptor teneretur ad ea que ex fundo ad eū peruenerūt ⁊ ſic ad fruct⁹ perceptos.ex quo tex.duo inferunt̄ in ꝓpoſito.primum ꝙ dicta reſtitutio nō cōtinet merum factū:q꞉ ſi contineret merum factū veniret tñ intereſſe poſt moram ⁊ non fructus.l.ſi fundū certa die.ff.de ver.ob.ſed cōtinet cām bonoꝝ.l.dñij retrāſferēdi quo caſu veniūt fruct⁹.l.in conuentionalibus.ff.de verb. oblig.iſta aūt ſunt multū diuerſa fructus deberi ex tēpore more vel intereſſe vt declarat Bar.notabiliter in.l.ſi filius.§.i.ff.de vb. oblig.Secundū ꝙ in propoſito infertur eſt qḋ ſi talis promiſſio de reſtituēdo ⁊ retradēdo cōtinet cām bonoꝝ ⁊ ſic dñij ⁊ ſic non merū factū ex quo ꝓmiſſor h꞉z facultatē rei reſtituēde tenet̄ preciſe.⁊ iſta eſt noua concluſiōis inductio illius.l.ij. ¶ Quarto eadē concluſio confirmatur alio modo inducēdo illū tex.nā ibi fuit promiſſa p emptorē reſtitutio rei ſoluto pretio.vnde dicunt Richar.⁊ Bar.de ſaly.in.d.l.ij.ꝙ ibi dat̄ actio preſcriptis verbis ex pacto veſtito ⁊ actio ex vēdito ex ꝯctu informato ad retradēdū ⁊ reſoluendū:ſed ſi competit actio ex empto ad retradēdum talis actio nō datur ad merū factuz ſed etiam ad dandū ⁊ contra habentem facultatē tradendi vt preciſe tradat vt per Bar.in.d. l.ſtipulationes nō diuidunt̄.in.viij.q.igitur ⁊c. ¶ Confirmatur iſta opinio q꞉ reſolutio ꝯctus dicitur eſſe eiuſdē nature cuius ē cōtract⁹.l.ab emptore.cum ibi notatis.ff.de pac.⁊ per Barto.in l.ſi cum te.eo.tit.cum ſi.ſed quando datur actio ex empto ex contractu emptionis contra habentē facultatē rei tradēde cogitur preciſe ita qñ datur actio ex empto ex diſtractu emptionis ⁊ vēditionis.⁊ iſta potuit eſſe rō dicte.l.ij.C.de pac.inter empto.⁊ vēdi. ¶ Vltimo etiā ꝓbat̄ q꞉ traditio ⁊ reſtitutio pōt momēto ⁊ faciliter explicari:igitur ad hoc factū obligatus preciſe cogi poteſt ita voluit notabiliter Ange.quē ſequitur Rapha.Cuma.in.d.l. ſtipulatiōes nō diuidunt̄.allegat Jo.an.in addi.Spec.in tit.de emp.⁊ vendi.§.ſciēdum.in additio.incipiēte de emptore loquitur.ſed ibi nihil dicit:ſ꞉z voluit allegare l alio loco vbi hoc dicit videlicet in tit.de reb.eccle.non alienan.§.i.in addi.incipiēte non fuerunt valet.⁊ tenet Angelus in.l.ſtipulationes.§.operarum.ff.

de ver.oblig.ꝛ lꝫ Jmo.Roma.ꝛ do.Alexan.in.d.l.ſtipulationes
contrarium teneãt per illum tex.in verbo fundum tradi. tamen
iſte nõ probat qꝛ illud exemplum ponitur qñ iuriſconſultus po
nit exempla ſtipulationũ q̃ ſunt indiuidua nõ aũt ponit in ſti-
pulatiõe factoꝝ in qua ſuccedit obligatio ad intereſſe. nec obſt.
tex.in.l.ſi fundũ certũ die.ff.eo.ti.qꝛ lꝫ dicat qđ ex mora poteſt cõ
ſequi intereſſe tñ nõ negat quin agere poſſit ad ꝓciſaꝫ traditionẽ
vnde durũ vꝫ recedere in iudicãdo ab opinione Jo.and.Ang.ꝛ
Cuma.Ex quibus oĩbus cõcludo dictũ cõuentũ preciſe cogẽdũ
9 ad reddendũ ꝛ reſtituendũ dictas terras ſoluto ꝑcio.¶ †Circa
quartã difficultatẽ primo videba᷑ dicendũ qđ conuentus etiam
ꝙ oẽs terras poſſideret nõ poſſet niſi ꝑ portiõe hereditaria cõ-
uenire qꝛ dño Jo.Frãciſ.competit actio perſonalis ex empto vel
preſcriptis verbis.l.ij.C.de pac.inter emp.ꝛ vendi.vbi not.actio
autem perſonalis nõ ſequit᷑ fundũ.l.ſi.ff.de contrahen.emp.igi᷑
competit contra heredes pro hereditariis portionibus.l.pro he
reditariis.C.de heredi.actio.ſed premiſſis nõ obſtãtibus contra
ria ſnĩa verior eſt ꝛ ꝓbabiliter ꝙ imo vnus heredũ poteſt inſoli-
dũ condẽnari.ꝛ in ꝓdictis res eſt valde clara ſi probatur melius
per agentẽ ꝙ conuẽtus ſolus poſſidet quã per reũ ꝙ communi
ter cũ fratre poſſidet.nã talis actio eſt bone fidei vt ẽ caſus in.d.
l.ij.C.de pac.inter empto.ꝛ vendi.Jtẽ defunctus ſe obligauit ad
reſtituẽdũ.ſed quãdo ad rem reſtituendam datur actio bone fi-
dei ꝛ vnus heredũ poſſidet illã rem inſolidum contra eũ datur
actio inſolidũ.caſus eſt in.l.iij.§.heres.ff. commodati.ita voluit
Pet.ꝛ ſequitur Cy.in.d.l.pro hereditariis. ita etiã tenuit Ray.
de forli.in.l.iiij.§.cato.ff.de verbo.obliga. in quarta oppoſitione
quem ſequuntur cõmuniter docto.ſi vero melius probatur com
munis poſſeſſio tũc etiam dico qđ conuentus debet inſolidũ cõ-
demnari qꝛ nõ tenet᷑ ſimpliciter ad reſtituendã rẽ:ſed etiã ad rẽ
tradendã dicũt Ricar.ꝛ Barth.de ſaly.in.d.l.ij.ꝛ ſupra dixi.fa-
cit ꝛ not.per Barto.in.l.cui vſuſfructus.ff.de vſufruc.lega.ꝛ per
10 Bald.in.d.l.ij.C.de pac.inter empto.ꝛ vendi.ſed †obligatio rem
tradẽ eſt indiuidua obligatio ꝛ ſolutio ꝛ trãſit ad quẽlibet here
dum inſolidũ ſicut alie obligationes factoꝝ.igi᷑ ꝛc.vt declarat
Bart.in.d.§.cato.in ſecũda oppoſitione quẽ ibi ſequuntur An-
ge.Jmo.ꝛ Cuma.ꝛ Salyc.in.d.l.ꝑ hereditariis.C.de hered.act.
idem Barto.in.d.l.ſtipulationes non diuiduntur. quẽ ſequun-
tur Ange.Jmo.Raph.Cu.ꝛ Pau.de caſt.qui dicũt hãc opinio
nem ſequendã eſſe qꝛ eã tenet Dy.qui quãdo decidebat aliquaꝫ
queſtionẽ dicebat᷑ eſſe ibi tota ſynodus legalis ſapiẽtie.vnde cuꝫ
ſit opinio magis cõis nõ eſt inſiſtẽdũ nec libẽter ſimbrias extẽdo
11 in rebus multũ ſcartafazatis. ¶ †Circa quintam difficultatem
querit᷑ nũquid clericus agens contra laicũ poſſit in cauſa ciuili
reconueniri corã eodẽ iudice eſt multũ trita ꝛ ſcartafazata quã la
te tractat do.Abb.in.c.at ſi clerici.in.§.de adulteriis.extra de iu-
diciis.vbi ſubtiliter per Areti.ꝛ pꝫ qđ vtrinqꝫ ſint rõnes ꝛ iura
vrgẽtia ac autoritates doctoꝝ viroꝝ.ꝛ ſi vellem illud diligenter
diſcutere eſſet opus multas chartas implere quare omiſſa diſcuſ
ſione qꝛ talis queſtio ſepe de facto euenit dico qđ illã opinionẽ
ſequi debemus q̃ fuit ꝯſuetudine approbata.arg.l. minime.ff.de
legibus.ꝛ.c.cũ dilectus.de cõſuetu.ꝛ ita ꝯcludendũ arbitror hoc
12 caſu ¶ †Circa ſextã ꝛ vltimã difficultatẽ videba᷑ cõcludendum
ꝙ dictã penã exigere poſſit.ꝛ qđ nulla poſſit admitti purgatio
more.iſta cõcluſio videt᷑ ꝓbari.nã tẽpore promiſſionis facte per
dñm Jo.Frãci.de cauẽdo qđ Philippus ratificaret affirmauit et
aſſeruit Philippũ eſſe.xvi.annoꝝ.que aſſertio ꝓbat inter eaſdeꝫ
partes.l.optimã.C.de ꝯtrahen.ꝛ cõmit.ſtipu.ꝛ ꝑ Bar.in.l. ſciendum.
ff.de ver.ob.vnde cũ promiſerit ſe acturũ ꝛ curaturũ ꝙ Philip-
pus ſolẽniter ratificaret intra quatuor mẽſes a die quo erit legi
time etatis annoꝝ.xviij.elapſis.xviij. annis etatis Philippi et
quatuor mẽſibus dictus dñs Joan.Franciſ.fuit conſtitutus in
mora per lapſum diei.ꝛ ſic videtur in penam incidiſſe.l.magnã.
C.de cõtrahen.ꝛ commit.ſtipu.ꝛ.l.qđ te.ꝛ ibi not.ff.ſi certum pe-
ta.ꝛ traditur in.l.ita ſtipulatus.ꝛ in.l.ſi ex legati cauſa.ff.de ver.
obli.vnde cum appoſita fuerit dies ꝛ pena videtur ꝙ nõ admit-
tatur purgatio more.l.traiectitie.§.de illo.ff.de actio.ꝛ oblig.per
Bart.in.l.ſi inſulã.ff.de verbo.obliga.Nec videbatur obſtare ꝙ
ex quo appoſitũ fuit tempus etatis legitimũ ꝛ ſic tempus incer-
tum videt᷑ ꝙ mora purgari poſſit qꝛ ꝓbabilis videt᷑ error talis
diei magis quã alteri⁹ diei incerte vt cõcludit notabiliter Bal.
in.d.l.magnam.ꝛ in.l.ꝛ ſi poſt tres.in.vij.colũ.ff.ſi quis cau.quo-
niam hic nõ fuit ſimpliciter appoſitũ tempus legitime etatis.ſ.
ſpecifice.xviij.annoꝝ.ꝛ poſt.xviij.annos.quatuor menſium ꝛ ſic
eſt dies certa.vnde verificatur diſpoſitio d.tex.l.magnaꝫ.¶ Mi-
nuſqꝫ videt᷑ obſtare ꝙ nõ intereſt ſtipulatoris quod Philipp⁹
ratificauerit ex quo tenetur retradere ꝛ reſoluere contractũ em-
ptionis.ꝛ ſic dicebatur qđ pena nõ poteſt exigi ex quo nõ inter-
eſt ſtipulatoris Philippũ non ratificaſſe.arg.l.aduerſus.ff.de ex
heris.quoniã qñ non offendit᷑ iſte cui principaliter eſt facta pro
miſſio nec iſte cuius ꝑſonã repreſentat tũc non cõmittit᷑ pena ſi
nõ intereſt.d.l.aduerſus.ꝛ in.l.ij.§.itẽ ſi in fundo.ff.de verb.obli.
¶ Sed qñ offendit᷑ ille cui eſt facta ꝓmiſſio vel eius heres tũc cõ
mittit᷑ pena ꝛ exigit᷑ lꝫ non interſit.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de
verb.ob.ꝛ ita declarat Bar.ꝛ ſequunt᷑ doc.in.d.l.ij.item ſi in fa-
cto.ſed in caſu noſtro fuit offenſus heres ſtipulatoris.igitur cõ-
miſſa vꝫ pena ꝛ exigibilis.ſ.ſtipulationis.¶ Sed premiſſis non
obſtãtibus contraria ſentẽtia verior ꝛ ꝓbabilior eſt vno funda-
mẽto ꝙ duplici ratione principali probat᷑.nã emptor ad nullũ
aliũ effectum cenſetur voluiſſe qđ domi.Jo.Frãci.ageret ꝛ cura-
ret ꝙ Philippus ratificaret ꝛ ꝓmitteret niſi ex eo quia dubita
bat de moleſtatione dicti Philippi cum iam res inter eũ ꝛ do-
minum Joan.Franciſ.fuiſſet cõtẽ dubitans ne ipſe Philippus
haberet aliquod ius ex aliqua cõuentione vel ratione alicuius fi
deicõmiſſi paterni vnde cũ cõtractus emptionis reſoluat᷑ nullũ
intereſſe qđ tũc erat conſiderabile poteſt pretendere reſoluto cõ-
tractu ꝛ facta retraditione.igi᷑ nõ tenet᷑ ex quo ſumus ĩ caſu in
quo deficit omne intereſſe de natura enim ſtipulationis rẽ ratã
haberi eſt ꝙ cõmuniter ad intereſſe.l.in ſtipulatione.ff.rẽ ratam
ha.vnde ex natura ſtipulationis ꝛ etiã ſubiecte materie oſtendit᷑
qđ talis pena adiecta fuit loco intereſſe ꝛ ad determinãdũ inter
eſſe qđ etiã in dubio preſumi debet.ar.l.ſi duo.ff.ſi quis cau.per
quẽ ita voluit Joã.an.in regulis bona fides ĩ mercurialibus.de
regu.iur.lib.vj.Ex quo primã rõnẽ q̃ eſt ꝙ lꝫ qñ offendit᷑ ſtipula
tor cui pena eſt promiſſa nõ inſpiciat᷑ cui interſiet ſm Bar.ꝛ doc.
in.d.§.itẽ ſi in facto.tñ illud limitat᷑ niſi pena ſit adiecta loco in-
tereſſe ad determinandũ intereſſe:qꝛ tũc peti nõ poteſt niſi qua
tenus intereſt ꝛ nõ aliter.iſta cõcluſio probat᷑ ex notatis per gl.
Jac.bu.Bal.ꝛ alios in.l.ſi.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit.vbi quã
do pena eſt adiecta loco intereſſe eſt maior vltra penã põt inter-
eſſe peti.que ergo ratiõe ſi intereſſe eſt maior augetur petitio vl-
tra penã adiectã.ita econtra ſi intereſſe eſt minor vel nullũ dimi
nui debet ꝛ tolli petitio pene ſi minus intereſt vel ſi nihil intereſt
qꝛ quod operatur propoſitũ in propoſito operat᷑ oppoſitum in
oppoſito.l.ꝛ ſi cõtra.ff.de vulg.ꝛ pup.l.ſi ex toto.in princ.ff.de le-
ga.j.ꝛ per illã gl.ita tenuit Ludo.de roma.in ſpecie in.l.ſtipula-
tio iſta.§.omnibus.ff.de verb.obli.ꝛ idem conſuluit Lud.roma.
conſi.cccccx.incip.quo ad primũ cõſultationis articulum.cõtra-
rio qꝛ pena tunc cenſetur adiecta ad determinandum intereſſe
ratione difficilis ꝓbationis iuxta not.in.l.ij.§.fin.ff.de preto.ſti-
pul.igitur cenſetur adiecta eo caſu quo interſit ꝛ nõ aliter qꝛ vbi
nõ eſt ſubiectũ intereſſe non poteſt eſſe determinatio intereſſe.c.
cũ marthe.de celebra.miſ.ꝛ in.l.eius qui in prouinciam.cum ibi
13 notatis.ff.ſi certũ pe.¶ †Secunda ratio eſt qꝛ dominus Joan.
Frãci.eſt clericus ꝛ non poſſet petere penã conuentionalẽ cõtra
eum niſi quatenus intereſſet.arg.eius ꝙ habet᷑ in.c.ex parte.ꝛ in
c.lꝫ.extra de cẽſibus.ꝛ ita tenet Hoſti.in ſumma.de arbi.§.quali
ter.verſi.ſed nũquid ꝛ ſequit᷑ domi.Anto.ꝛ Joã.de imo.in.c.dile
cti.de arbitris.ꝛ licet do.Abb.ibi poſt Innoc.in.c.ſuã.de penis.
cõtrariũ teneat tñ videtur tenenda opinio Hoſt.qꝛ magis equa
ꝛ vt euitemus penas.l.cũ quidam.ff.de libe.ꝛ poſthu.ꝛ in regula
in penis.de regu.iur.lib.vj.Si ergo clerici non includũtur in iu
ribus volẽtibus quod tales pene cõuentionales peti poſſint per
eos ab aliis igi᷑ non debent includi quod ab eis per alios peti
poſſint:qꝛ non debet onus ſentire qui commodum non ſentit ꝛ
ecõtra.l.manifeſtiſſimi.§.ſed cum in ſecunda.C.de furtis.ꝛ in re-
gula qui ſentit onus cũ materia.de regu.iur.in.vj.ꝛ per hãc ra
tionẽ inter alios Bart.in tractatu repreſaliarum.in.v.q. princi-
pali.q.j.dicit quod foreſes qui non ligantur ſtatutis non gau-
dent beneficiis ſtatutorum vt etiam vult domi.Paul.de caſt.in
l.omnes populi.ad finem.ff.de iuſti.ꝛ iure.quia quis non debet
commodũ ſentire qui nõ ſentit onus.igitur idem dici debet cõ
tra quod qui non gaudet beneficio legis non debet illa lege li-
gari:quia ex quo non ſentit cõmodum non debet ſentire onus
l.ſecundum naturam.ff.de regu.iur.putarẽ etiã quod mora poſ
ſet purgari a clerico ex quo aduerſarii non intereſt vt in.c.ſuã.de
penis.tenet Hoſtien.in dicto verſi.ſed nunquid.ꝛ Joan.de imo.
in.d.c.dilecti.ꝛ hoc iudex ad pene euitationem amplecti debet ꝛ
fauere abſolutioni per iura vulgaria.

Laus Deo ac chriſto ſummo redemptori noſtro.

¶ Ut ſupra per me concluſum eſt arbitror eſſe ego Bartholo-
meus Socinus.J.U.Doctor.ꝛ in fidem ꝛc.

¶ Conſilium.ccliiij.

1 ¶ Traſicum quid ſit.
2 Minor an poſſit diuiſionem facere ſine autoritate tutoris ꝛ de
creto iudicis vel aliis eius nomine ꝛ vice.
3 Perſona ꝯiũcta nõ admittit᷑ in regrẽtibus ſpeciale mandatũ.
4 Solẽnitas qñ ꝛ per quod tẽpus preſumat᷑ interueniſſe in actu.
5 Mandatum non preſumitur ex tempore.

Peter

6 Pater quando non teneatur reddere rationem adminiſtrationis.
7 Frater negocians cum pecunia fratris an acquirat.
8 Judicandum eſt idem de lucro quod de ipſo principali.
9 Statutum loci originis debet attendi ⁊ non incolatus.

Dominus labia mea aperiat
⁊ ſpirit⁹ ſanctus illuminet intellectũ. ¶ Viſa ⁊ cõſiderata
contingentia facti nõ inſiſtẽdo in verbis ſed deueniẽdo ad
1 immediata prout ẽ officiũ huiuſmodi ſcribentis preſuppono q̄ † traf
ficũ ſeu mẽſa mercatoris dicitur de his reb⁹ que ſeruãdo ſeruari poſ
ſunt. iſtud probat clare quia ſi poteſt augeri quia eſt quid vniuerſale
vt declarat Barto. in l. cũ pater. §. in cauſe. ff. de lega. ij. fortius igitur
poteſt cõſeruari ex quo infertur q̄ non poteſt per minorem ſine decre
to alienari etiã cũ autoritate tutoris ⁊ curatoris. caſus eſt in l. lex que
tutores. C. de admi. tuto. ⁊ traditur p doct. in l. j. C. ſi aduer. tranſactio
nẽ. Ex quibus infero q̄ dictus Bartholomeus etiam ſi nõ fuiſſet pu
2 pillus ſed † minor nõ potuiſſet talem diuiſionẽ voluntariã facere niſi ex
iuſta cauſa cũ autoritate tutoris ⁊ decreto iudicis. vt in l. ſi pupillor.
⁊ ibi no. ff. de reb⁹ eor. ⁊ ita dicitur per Cy. Bald. ⁊ alios in l. j. C. ſi ad
uer. trãſact. ⁊ in l. pen. C. de pred. minor. quinimo prouocare debuiſſet
autore curatore diuidere vt traditur in l. ſi curatorẽ habens. C. de in in
teg. reſti. mino. fortius aũt cũ eſſet pupillus qui ſine tutore ſe obligare
non poteſt. vt in l. j. ff. de noua. ⁊ inſti. de inutil. ſtipu. §. pupillus. ⁊ in l.
pupillus. ff. de acqui. here. traditur in l. ſi curatorem. cũ alijs ſupra alle
gatis. Inferẽdo ergo premiſſa in propoſito dico qđ diuiſio facta per
Thomaſiũ ⁊ Hieronymũ eor nominib⁹ ⁊ vice ⁊ nomine dicti Bar
tholmei eorum nepotis ex fratre non valuit in preiudiciũ dicti Bar
tholomei. iſta cõcluſio pbatur duplici ratione. ¶ Prima ratio eſt q̄
dictus Bartholomeus nõ potuiſſet diuidere ⁊ tranſigere nulla ſerua
ta ſolennitate ⁊ ſine cauſa vt dictum eſt ⁊ probat etiã hoc ſtatutũ pi
ſanum ſub rubrica de diuiſionibus in capi. in diuiſionibus viror vbi
prohibet minorẽ etiã prouocatũ diuidere ſine tutore vel curatore qđ
ſtatutũ inter piſanos in diuiſione facta in ciuitate piſana ſeruãdum
erat vt in l. oẽs populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. iunctis no. per Bar. in l. cũctos
populos. in j. q. C. de ſumma trini. ⁊ fide catho. ſi enim nõ poterat diui
dere nec alius potuit ei⁹ vice ⁊ nomine: qr cũ minor nõ põt per ſe nec
poteſt ad id procuratorẽ cõſtituere. l. iij. §. nõ minor. ⁊ ibi glo. Bart. et
Ange. ff. rẽ ratã habe. Item qui nõ poteſt per ſe actũ gerere nõ poteſt
per aliũ eius nomine gerentẽ ſm Bar. in l. ariſto. in ſi. ff. que res pign.
oblig. poſſunt. ratio eſt qr dicit ꝯtrahi cũ eo cui⁹ noie gerit. l. apud iu
lianũ. §. pe. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. eat. ⁊ probat ex notatis per Bart.
in l. ea. l. §. ſi. vbi latius Rapha. cuma. ⁊ Ange. vbi patet qđ ſi pupillus
nõ põt ſe obligare p ſe nõ põt obligari etiã p pcuratorẽ niſi adhibeat
ſolẽnitas que requirit in cõtractu pupilli vel ſaltem illa adhibeat in
cõſtitutione pcuratoris. ad hoc qđ notat Bal. in l. j. C. ſi aduer. tranſ
act. ¶ Scđa rõ eſt qr etiã ſi Bartholomeus fuiſſet maior nõ potuiſſet
Thomaſius ⁊ Hieronym⁹ eius noie diuidere ⁊ trãſigere cũ Maria
no eor fratre. fuit eñ talis diuiſio facta per viam trãſactiõis in qua
requirebat ſpeciale mãdatum. l. tranſactiones. ⁊ ibi Bar. ⁊ doct. C. de
3 trãſac. ⁊ p Bart. in l. mãdato generali. ff. de procura. † ſed in requirenti
bus ſpãle mãdatũ cõiuncta pſona nõ poteſt interuenire pro cõiuncta
vt habet p locũ a ſpeciali in l. patri. ⁊ ibi Bar. ff. de mino. ⁊ in l. vo pro
curatori. per gl. ⁊ doc. ff. de ſolu. tradit clare in l. nõ ſolum. ff. ſolu. mat.
Ex quibus cõcludit q̄ dicta diuiſio Bartho. fuit nullius valoris ⁊ p
cõſequens in nullo ſibi preiudicauit. caſus eſt clarus in l. coheredib⁹.
⁊ ibi docto. omnes. C. fami. ercíſ. ⁊ noc. glo. in l. ij. §. notãdũ. ff. fami. er
ciſci. ⁊ tradit in l. ſi a hoc iudicio. ⁊ in l. lucius. ⁊ in l. cum putarem. co.
tit. cũ ſi. ⁊ ſic relinquit quod quarta pars dicti traffici ſeu negociatio
nis quã Marianus adminiſtrauerat in ciuitate Panormi remanſit
in dominio dicti Bartho. prout erat ante diuiſionem. ⁊ ſuper his non
4 inſiſto qr ſunt clariſſima. ¶ Sed contra premiſſa videbat obſtare † qr
ex quo lapſus eſt longũ tẽpus videbant omnia ſolẽniter acta. l. ſi filiꝰ.
cũ ibi not. C. de peti. here. l. qui in aliena. in prin. ⁊ ibi per doct. plene. ff.
de acquirẽ. here. per Ang. ⁊ Moder. late in l. ſcićdum. ff. de verbo. ob
lig. ⁊ ſic qđ diuiſio ſit ſolẽniter facta ſeu tranſactio per viã diuiſionis
facit glo. in ſimili cũ ibi no. in l. pe. C. cõi diuidun. cũ ſi. ſed ad hoc rndet
ur in primis qđ cũ Bartholo. non interuenerit in actu nõ preſumit
ſolẽnitas niſi ſpatio. xxx. annorum. caſus eſt quem ibi ad hoc põderat
Joã. de imo. in c. peruenit. extra de emp. ⁊ vẽdi. preterea l caſu noſtro
quouſq̄ Bartholo. fuit minor nunq̄ potuit ſibi preiudicare tã de iu
re cõmuni quã ex forma ſtatutor. poſtea aũt trãſiuit longum tẽpus
prout requirit glo. in l. penul. C. cõi diui. Preterea vt dixi licet ſi diui
ſio fuiſſet facta de oĩbus bonis poſſet allegari qđ habet in d. l. penul.
tñ ex quo facta fuit p viã tranſactionis aſſignãdo totum trafficum ⁊
ſic agitur de magno preiudicio domini. dico quod etiã nũc debet cõſen
ſus preſumi ſm Bar. in ſua diſputatio. que incipit mulier habẽs am
plum patrimonium. ⁊ Bart. in l. cũ de in rem verſo. ff. de vſur. preter
ea non ſumus in caſu certo qr cõtractus geſtus fuit cũ Thomaſio et
Hieronymo eor nominibus ac vice ⁊ nomine Bartho. ⁊ promiſerũt
ſe acturos ⁊ curaturos quod dũ eſſet legitime etatis ratificaret. vnde
apparet quomodo ſolẽniter facta eſt diuiſio nõ enim erat opus dicta
ratificatiõe ſi ſolẽniter facta fuiſſet. ⁊ in certis enim nõ certis locus eſt
cõiecturis. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verbo. obli. l. ſi aliñ. ff. de vſufru. leg.
5 cũ ſi. ad hoc enim vt ſolẽniter facta cenſeant neceſſe eſſet dicere q̄ legi
time habuiſſent mãdatũ q̄ ex ꝯue nõ preſumit vt voluit ſingulariter
Bal. in l. j. in j. col. C. de reb. alie. nõ aliena. quinimo ex quo Marianus
contraxit cu eis vice ⁊ nomine Barthol. ſemp fuit in mala fide. cum
Bar. nunq̄ ratificauerit vt no. plene p Bar. in l. cũ vir. ff. de vſucapio.
vnde ex oĩbus concluditur q̄ cum dicta diuiſio per viã tranſactionis
facta non valuerit adminus in preiudiciũ dicti Barth. quarta pars
dicti traffici ſeu negociationis remãſit in dñio Barth. Ex quib⁹ infe
ro q̄ dictus Barth. petere põt q̄ dict⁹ Marianus reddat rationem
villicationis ſue p intereſſe ſue quarte partis. quilibet eñ q alterius
negocia gerit vel bõa ſue adminiſtrationis rõnẽ reddere tenet. l. j. §. offi
cio. ⁊ ibi late Bar. ⁊ doc. ff. de tute. ⁊ ratio. diſtra. ⁊ phat p locũ a ſpe
6 ciali. nã ſpeciale eſt † in patre q habz liberã adminiſtrationẽ filij vt nõ
teneat reddere rationẽ ſue adminiſtrationis. l. cũ oportet. ver. ſed ⁊ hac
ſpecie. C. de bonis q lib. addo tex. in co. ti. l. ſi. §. ſi autẽ. ⁊ qđ habet in l.
tres fratres. ff. de pac. ⁊ in l. ſi ſoror. C. de colla. ⁊ tradit late p do. Abb.
in ſuo cõſ. xij. in. j. volumine nec difficultatẽ habet qđ Barth. cõſequi
debeat quartã partẽ traffici que erat tẽpore diuiſionis. quinimo etiã
dico conſequi debet quicqd. Ma. ſuplucratus eſt p rata quarte partis
7 tã de iure cõi q̄ ex forma ſtatutor de iure cõi patet qz eñ † qñ frater ne
gociatur cũ pecunia fratris noie proprio acquirat ei ⁊ nõ fratri put
cõcludũt Bar. Bal. ⁊ alij in l. ſi patruus. C. cõia vtriuſq̄ iudi. ⁊ Bar.
⁊ alij in l. titium ⁊ meuiũ. §. altero. ff. de admini. toto. tñ illud procedere
poſſet qñ accepiſſet pecuniã fratris put loquunt doc. i dictis locis. ſz
qñ trafficũ cõe ſeu mẽſa cõem pprio noie incepiſſet adminiſtrare cũ
pro quarta parte eſſet Barth. non potuit augeri trafficũ ſeu negocia
tio illa quin ẽt augeret p parte Bartho. qñ hmõi traffica ⁊ negocia
tiones dicunt qđ vniuerſale ſicut peculiũ grex ⁊ ſimilia: vt ẽ caſus l. ſi.
taberna. ff. de fundo inſtru. ⁊ in l. cũ pater. §. menſa. vbi hoc late decla
8 rat Bar. ff. de le. ij. † Ex lucris aũt ⁊ fructib⁹ traffica ⁊ peculiũ augent
prout eſt de natura iuriũ vniuerſaliũ. l. ſed veniũt. §. fructus. ff. de peti.
heredi. l. peculium naſcit. ff. de peculio. ⁊ tradit Bar. i rubrica. ff. ſol. ma.
in pen. col. facit etiã qr augmẽtum eſt eiuſdẽ nature cuius eſt ipſa res
principalis. l. etiã. C. de iure do. l. inter ſocerom. §. cum inter. ff. de pac.
do. ⁊ p hac opinione facit tex. in pposito in l. j. in ſi. C. de fru. vrb. con
ſtantinopo. lib. xj. per quẽ dicũt ibi Bar. ⁊ Joã. de plateis qđ lucrum
aſſumit ſibi eã rationẽ quã hz capitalis. ⁊ ideo ſi inter aliquos ſocios
ſit dcta ſocietas vſq̄ ad certũ tpo hinc nõ licet minuere d capitali im
miſſo ita nec de lucro. facit regula iuris acceſſoriũ. de reg. iur. lib. vj. cũ
materia. ⁊ maxime qr ſemp Marianus fuit in mala fide reſpectu par
tis Barth cũ ꝯtraxerit cũ Thoma ⁊ Hieronymo noie ⁊ vice Barth. ⁊
Barth. nũq̄ ratificauit iuxta no. p Bar. in d. l. cũ vir. ff. de vſucapioni
hus. vñ ex mala fide ſua lucrari non debet. ¶ Confirmat etiã iſta con
cluſio nã pdicti fratres ⁊ nepos erant in ſocietate omnium bonorz
que reſpectu Barth. nunq̄ fuit diuiſa ex quo diuiſio reſpectu ei⁹ nul
la fuit. igit quicqd in communi traffico eſt poſtea Mariani lz noie
proprio cõmunicari debet. caſus eſt ⁊ ibi notant omnes doc. in l. ſi pa
truus. C. cõmunia vtriuſq̄ iudi. Accedat quia hoc ſuadet equitas q̄
lucrũ pueniẽs ex beneficio cõmuni ſit cõmune licet alter proprio no
mine exercuerit ſicut in ſimili dicimus quod equũ eſt quod ſi ex pecu
nia mea aliquid ad te puenit id mihi reſtituat. l. ſi me ⁊ titiũ. ff. ſi cert.
petatur. preſertim cum ex pecunia traffici quod eſt quid vniuerſale in
quibus iudicijs vniuerſalibus pretiũ ſuccedit loco rei. l. vẽditor ex he
reditate. ff. de here. vel actio. vendi. ver. ſun ⁊. Pet. de anch. in ſuo conſi
lio mihi. cccix. incipiente materia de qua queritur nõ eſt noua. ⁊ hoc
etiam clare decidit in ſtatuto piſano quod vult quod ſi frater plus
parte ſua tractauerit ⁊ predixerit quod volebat pro ſe negociari ſi ali
ter non conſenſit conſequi poteſt ⁊ partẽ capitalis ⁊ lucri vt clare diſ
ponitur in ſtatuto ſub rub. de ſocietate inter patrẽ ⁊ filium. in §. duo
vel plures. verſ. ſi vero plus q̄ eius pars. ⁊ hic eſt caſus noſter quia cũ
in illo traffico Bartho. habet quartam partem tractando totũ Ma
rianus dicitur tractaſſe plus parte ſua. igit ⁊c. ⁊ licet Marian⁹ poſt
ea mutauerit domiciliũ: tamen a principio reſpecto iſtius traffici li
gatus fuit ſtatuto piſano quod ſeruari debet etiam poſt mutatũ do
miciliũ: qr iniectum fuit vinculum ante mutatum domicilium per ea
que ponit Jo. an. in regula ſine culpa. de regu. iuris. lib. vj. ⁊ dominus
Anto. in. c. qđ clericis. de foro compet. dicit enim Bal. in rubrica. C. ſi
a nõ compe. iudi. quod quis ligatur ſtatutis nouis loci originis. vñ
clare ſentit quod ligetur veteribus. ad hoc tex. in l. nulli. C. de epiſco. ⁊
cleri. per quẽ Alberi. de roſa. in l. cũctos populos. C. de ſumma trinit.
9 ⁊ fide catho. dicit quod † attẽdi debet ſtatuta loci originis ⁊ non inco
latus. ⁊ ſequitur Lud. roma. in ſuo cõſilio. xxxix. in ſine incipiẽ. in pro
poſita conſultatione. Ex quibus cõcludo primo diuiſionem premiſſaz
nõ valuiſſe ⁊ ſic trafficum remanſiſſe commune. ⁊ conſequenter cõmu
niter augmentatũ in fauorez Bartholomei pro quarta parte ex quo
non probatur Bartholo. ratificaſſe.

Laus Deo ⁊ virgini Marie Amen.

adde [illegible] clarius [illegible] in [illegible]
[illegible] col. 3. [illegible]
[illegible] col. [illegible]

¶ Ut ſupra per me cõcluſum eſt arbitror iuris eſſe ego Bartho. Socinus Senen. J. U. Doctor.

¶ Conſilium .ccv.

1 ¶ Inſtrumentum non habet executionem paratam.
2 Sententia lata in iudicio ſummario an preiudicet in ordinario.
3 Procurator an conſtituatur a matre ante litem conteſtatam.
4 Exceptio rei iudicate quando obeſt.
5 Sententia nulla dicitur iniuſta.
6 Sententia ex qua cauſa preſumatur lata.

Dominus labia mea aperiat
et ſpiritus ſanct⁹ illuminet intellectũ. ¶ In cauſa illorũ de
Mazinghis alſ cõſulimus. i pſentiarũ vero onẽ difficul-
tas q̃ dicitur qd agẽti via ordinaria vir tute inſtrumẽti locationis ob
ſtat exceptio rei iudicate. Primo enim actũ fuit executiue petẽdo bra
chiũ militare in quo iudicio tria principalr̃ oppoſita fuerũt. ¶ Pri-
mũ q̃ agẽs nõ erat perſona legitima q̃ conſtitutus procurator a ma-
tre et perſona cõiuncta ante litẽ conteſtatã. iuxta no. in. l. neq̃ tutores.
C. de pcur. ¶ Secundũ qd via executiua nõ cõpetebat virtute inſtru-
1 menti qd † de iure cõmuni non habet regulariter executionem paratã
vt in. l. minor. xxv. annis cui fidei cõmiſſum. ff. d̃ mino. et in. l. ait pretor.
§. ſi iudex. ff. de re iudi. et ibi Ange. et aliĩ et tradũt doct. in pleriſq̃ locis
allegatis p dñm Alex. ibi. ¶ Tertiũ qd res nõ fuerat p locatorẽ tradi
ta. et ſic agi nõ poterat. arg. l. iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. ¶ Qui-
bus nõ obſtãtibus cõceſſum fuit in cauſa principali brachiũ militare
ſed in cã appellationis ſentẽtia fuit reuocata et pronũciatũ fuit bene
appellatũ et male iudicatũ et brachiũ militare fuiſſe iniuſte conceſſum.
quare cũ agat nũc via ordinaria ad idẽ. tacit. inſtitutionẽ poſſeſſionis
et ſic ad idẽ ex eadẽ cã. ſ. locationis et inter eaſdẽ perſonas obſtare
videt exceptio rei iudicate. l. cũ queri. cũ ſequẽtibus ff. de excep. rei iu-
di. ¶ Nec obſtare videt q̃ ſententia lata q̃ dicit brachiũ militare iniu
ſte fuiſſe conceſſum lata fuit in iudicio ſummario. et ſic non v3 in iudi
cio ordinario piudicare vt voluit notabiliter Bar. in. l. i. in pe. col. vſ.
nũc videndũ. C. q̃ñ pro. non eſt neceſ. quia ad hoc rñderi videt poſſe qd
2 † tunc ſnia lata in iudicio ſummario non piudicat in ordinario qñ
nõ fuit plene cognitũ. ſec⁹ ſi plene cognitũ fuiſſet q̃ tũc etiã piudicat
in ordinario p id qd no. p Jaco. bu. in. l. ab honoribus. §. ſed qd ſimplici
ter. ff. ex qui. cau. maio. et do. Anto. in. c. cũm que. el. i. et in. c. venies. el. ĩĩ. de
teſti. et Bal. in. l. iudex. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iuris. et late per dñm
Alex. in. l. a diuo pio. §. ſi ſup rebus in. i. charta. ff. de re iudi. et notabili-
ter pſequit do. Abb. in cõſ. li. cũ pluribus aliis que allegari poſſunt.
¶ Sed pmiſſis nõ obſtãtibus triplici principali fundamẽto arbitra-
3 mur pdictã exceptionẽ nõ obſtare. ¶ Primo q̃ q̃ cũ pcurator qui pe-
tiit brachiũ militare fuerit cõſtitutus a matre que ante litẽ conteſtatã
nõ poterat cõſtituere nõ dicit cõſtitut⁹ a legitima pſona habẽte ptatẽ
cõſtituendi vt i n. d. l. neq̃ tutores. C. de pcur. et ſic dicebat falſus pcura
tor ſm Archid. in. c. qui ad agẽdũ. de pcura. in. vi. et doc. cõiter in. l. l3. eo.
ti. ſed iudiciũ agitatũ cũ falſo pcuratore et ſnia lata ſunt nulla et ma-
xime dño cui⁹ pcurator falſus interuenit dicẽte nulla. vt eſt caſus ibi
Bar. et doc. in pallegata. l. licet. et doct. in. c. in noſtra. de pcur. maxime
q̃ lata 3 falſum procuratorẽ minoris. ar. l. nõ eo minus. C. de pcura. ſi
ergo ſnia eſt nulla nõ põt parere exceptionem rei iudi. vt in. l. iiij. §. cõ
dẽnatũ. cũ ibi plene not. ff. de re iudi. et facit. l. nõ putauit. §. nõ queuis.
ff. de bonoꝝ poſſeſ. 3 tab. et in regula nõ pſtat. de re. iur. in. vi. cũ ſi. ¶ Se
cũdo principali fundamẽto dicimus qd l3 pnũciatũ fuerit bñ appel-
latũ et male iudicatũ et brachiũ militare nõ eſſe iuſte ſed iniuſte cõceſ-
ſum non tñ ẽ deciſum qd nõ fuerit concedendũ: q̃ res nõ fuerit tra-
dita: ſed poti⁹ vel q̃ nõ erat legitimus pcurator vel q̃ ius executiuũ
nõ cõpetebat. iſta concluſio pbat ex pluribus. Primo non poſſumus
dicere hoc expreſſe q̃ in ſnia nõ cõtinet reſtitutionẽ fieri debere: q̃ res
nõ fuit tradita ſed tñ dicere poſſumus qd tacite fuerit pnũciatũ ſup
4 hoc. ſed qñ volumus q̃ † obſtet exceptio rei iudicate ĩ materia noſtra
de neceſſitate d3 ex ſnia inferri talis deciſio. alſ nõ obſtat vt cõcludũt
Bar. et aliĩ doc. in. l. i. C. de ordi. iudi. puta ſi q̃s petit hereditatẽ patris
vt fili⁹ et opponit qd nõ eſt liber et qd nõ eſt filius ſi pnũciat heredita-
tem ſibi deberi tacite ẽ decidit qd eſt liber et filius quia alias heres pa
tris pnũciari nõ potuiſſet. ſed ſi fuiſſet lata abſolutoria non ſequit de
neceſſitate qd nõ ſit liber et nõ ſit filius q̃ potuit ferri abſolutoria ex
quo alius fuerit inſtitut⁹ vel alia ſimili cã. vnde cũ non inferat hoc de
neceſſitate ſequit qd ſuper hoc nõ obſtat exceptio rei iudicate p no. i. l.
i. C. de ordi. iudi. et tradit Pau. de ca. in. l. qd in diem. §. ſi rõnẽ. ad finẽ. i.
col. ff. de cõpenſa. ſed in caſu noſtro nõ infert de neceſſitate qd lata fue
rit dicta ſnia ex eo q̃ res nõ fuerit tradita. igit quãtũ ad hoc nõ v3 ob
ſtare exceptio rei iudicate. et ad iſtud ẽt facit qd not. in. l. pe. ff. de his q̃
ſui ſunt vel alie. iuris. cũ ſi. q̃ aũt nõ inferat de neceſſitate patet q̃ po-
tuit ferri talis ſnia ex eo q̃ non cõpetebat ius executiuũ: q̃ l3 ĩ inſtru
mẽto cõceſſionis cõtineat guarẽtigia et ſic poſſet ius executiuũ com-
petere tñ nõ cenſet renocata tacita cõditio ſinito tpe ex quo illa a ſim-
plici partiũ voluntate non pendet iuxta not. in. l. item querit. §. q̃ im-
pleto. ff. locati. et expreſſe decidit Bal. in. l. legem. C. eo. ti. et conſequẽter
nõ competebat ius executiuũ. ¶ Ex q̃bus infert q̃ nõ infert de neceſ-
ſitate qd fuerit pronunciatũ cõceſſionẽ brachiĩ iniuſtã q̃ res non fue-
rit tradita. Et ſic nõ obſtat exceptio rei iudicate per predicta. Nec ob
5 ſtat qd iudex dixit cõceſſionẽ iniuſtã: quoniã † videt q̃ ẽt ſnia nulla di
citur iniuſta vt plene tradit in. c. cũ cõtingat. de officio deleg. et notat
Bal. in. c. cũ olim. el. i. in prin. ĩĩ. col. p illũ tex. eo. ti. et eſt bona glo. q̃ hoc
probat. xi. q. ĩĩ. in ſumma. ¶ Preterea illa verba pñt etiã iniuſtam re-
ſpicere. nã ex quo inteꝛata fuit guarẽtigia inſtrumẽti potuit iudex pri-
mus arbitrari qd cenſeret renouata cõditio cum guarentigia et ſic cõ
cedẽdo ex hoc capite ſnia nõ fuiſſet nulla ſed iniuſta et valida l3 ius exe
cutiuũ non cõpeteret. argu. l. cũ putarẽ. ff. famil. ercif. et notatur quod
in. l. ſi titius. ff. de ver. obli. et maxime q̃ ius executiuũ ſemel competie-
rat l3 dicat extinctũ. argumẽto eius qd notabiliter voluit Bart. in. l.
ĩĩ. in prin. per illũ tex. ff. de dote pleg. et Modet. in. d. l. ſi titius. et ſic non
infert de neceſſitate qd dixerit cõceſſionẽ iniuſtam ex eo q̃ res nõ eſſet
tradita. et cõſequẽter nõ obſtat exceptio rei iudicate. vt tradit in. d. l. i.
C. de ordi. iudi. et in. d. l. pe. ff. d̃ his qui ſui ſunt vel alie. iur. Cõfirmat et
ſcdo hoc fundamẽtũ: q̃ exceptiões oppoſite dicunt ordinatim oppo-
ſite. ¶ Primo illa q̃ reſpicit illegitimationẽ perſone iuxta nota. in. l.
ſi q̃ minus. ff. de teſta. et in. l. ĩĩ. C. de edic. di. adria. tol. ¶ Scdo poſito q̃
perſona ſit legitima opponit q̃ agẽti via executiua non competit ius
executiuũ. illũ aũt cui ius agendi nõ cõpetit iudex a limine iudicĩ re
pellere ẽt vt tradit p Bart. et alios poſt gl. in. l. vbi pactũ. C. de trãſact.
¶ Tertio opponit exceptio rei nõ tradite. vñ dicuntur vna poſt aliã
ordinata opponi iuxta no. in. c. inter monaſteriũ. de re iudi. et in. l. qui-
dã cõſulebat. ff. eo. ti. ſi ergo obſtat pma. l. quod pſona nõ erat legitima
et ſcũda q̃ ius executiuũ nõ competebat nõ erat de neceſſitate pronũ-
ciãdũ ſup tertia exceptiõe et ſic ſuper meritis cauſe. vñ ſuper primis ex
ceptionib⁹ nõ ſup tertia cenſet pronunciaſſe hoc decidit in terminis
ex eo qd ponit Alberi. de roſa. in. d. l. penul. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie.
iur. vbi dicit qd qñ oppoſita fuerit aliqua exceptio fundata ſup lepti
tudine pceſſus et aliqua ſuper meritis vel vna exceptio inferẽs ab iſta
et iudex ſimplr̃ pronunciauit cõtra actorẽ intelligit potius pnũciaſſe
ex capite ineptitudinis quã ex capite meritoꝝ cauſe. et iſta in terminis
6 vt decidere queſtionem. ¶ Tertio et vltimo cõprobatur q̃ ex quo † ex
tribus cauſis cõſtat q̃ potuit ſentẽtia ſcda per iudicem ferri ſententia
lata cenſet illa cauſa que minus nocet. in primis eñ cenſet lata ex cau
ſa de qua in pceſſu cõſtat vt eſt glo. et doct. in. l. ſi quis ad exhibendum.
ff. de excep. et ſi dubitat ex qua cã lata fuerit cenſendũ eſt q̃ lata fuerit
ex cauſa que minus nocet vt concludit do. Anto. et dñs Abbas in. d. c.
aduerſario. ad idem tex. cũ glo. in. l. ĩĩ. §. ignominie. ff. de his qui not. in
fa. et tex. cum gl. in. l. hoc eñ. ff. de ſuſpec. tuto. igit potius lata cenſetur
vel q̃ non erat legitimus pcurator vel q̃ etiã nõ competebat ius exe-
cutiuũ et ſic cenſet etiam diffinitiue abſolut⁹ a iure executiuo. et in hoc
ſnia minus nocet. igitur ex tali cauſa cenſet reus a tali executiõe abſo
lutus. ¶ Tertio principali fundamẽto dicimus qd talis ſnia nõ piu-
dicat quia lata in iudicio ſummario. et ad not. per Jaco. butri. in. d. §.
ſed qd ſimplr̃ dicimus q̃ aduertat dñs iudicãs q̃ nõ ſolum ad hoc vt
ſnia preiudicet debet eſſe cognitũ et diſcuſſum ſuper meritis ſed ſolẽni
ter vt declarat do. Anto. in. d. c. cauſam que. et in. d. c. veniẽs. el. ĩĩ. et late
dom. Alex. in. d. §. ſi ſuper rebus. aduertat igitur dñs iudicans ſi ſole
niter fuit pceſſum ſicut ſi ordinarie actũ fuiſſet qd vix ordinarie credi
põt in iudicio tã ſummario imploratione brachĩĩ militaris. ¶ Secũ-
do dicimus qd debet dominus iudicãs diligẽter aduertere q̃ l3 iudex
plene cognouerit. tamen hoc nõ ſufficit. q̃ requirit etiam q̃ reſpectu
ptis fuerit plene cognitũ hoc ẽ q̃ pars conata fuerit deducere et pba
re ſicut ſi ordinarie egiſſet. potuit eñ forte nõ curare pducere pbatio-
nes ſicut in ordinario. q̃ cauſam agere reputabat in ordinario. ita de
clarat Bar. in extrauag. ad reprimendũ in verbo ſummarie ad finem.
vnde cõſideret ſi in caſu nr̃o pars fecit diligẽtiã ſuã inducẽdo et pban
do incũbẽtia q̃ alſ nõ diceret plene cognitũ q̃ ſententia obſtaret. vñ
dicit Areti. in. d. c. cauſam que. ad finẽ. qd cũ difficultate pbari poteſt
q̃ pars nõ fuiſſet diligẽtior in cã ordinaria et magis piudiciali quã in
iſto iudicio ſummario. et ad iſta ſcdo aduertat diligẽter dñs iudicans
in hac materia q̃ requirunt ad hoc vt exceptio rei iudicate obſtet. Pre-
terea ẽt oſtẽdit q̃ nõ obſtat. nã hac ex cauſa cõpetebat duplex remediũ
ſcilicet agẽdo executiue et ordinarie in iudicio executiuo obſtabat ex-
ceptio: q̃ executio peti nõ poterat cũ ſnia executiua ferẽ a iudicio exe-
cutiuo in iudicio ordinario agi põt via ordinaria. ad hoc adducim⁹
deciſionẽ Rapb. cuma. in. d. l. cũ querit. vbi dicit q̃ ſi intentata eſt vna
actio cõtra quam obſtat exceptio et lata eſt abſolutoria ſi poſtea inten-
tatur alia actio ex eadẽ cã contra quã non obſtat exceptio rei iudi. nõ
obſtat. arg. l. duobus. §. colonus. et. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ff. de iure
iur. ita ĩ caſu noſtro l3 cõceſſet radẽ: tñ actũ fuit remedio executiuo cõ-
tra qd obſtabat exceptio igit nõ obſtat exceptio. et p his facit qd not.
Bar. in. l. q̃ rome. §. duo fratres. in. v. oppo. ff. de verb. obl. dñ allegat. l.
ſed ſi ante. ff. de exceptionibus. Laus Deo creatori noſtro Amen.
¶ Ut ſupra cõcluſum eſt per me communicato colloquio cum infra-
ſcripto pſtãtiſſimo doctore domino Antonio coccho arbitror iuris
eſſe ego Bartholomeus Socinus Juris vtriuſq̃ Doctor Senẽſis vt
ſup.

ſupra concluſum eſt per clariſſimum doctorem ⁊ preceptorē meū obſeruandiſſimum dominum Bartholomeum Socinum ⁊ me cōmunicato colloquio ⁊ reſimul diſcuſſa arbitror iuris eſſe ego Antonius cocchus florentinus iuris vtriuſq; doctor.

❡ Conſilium.cclvi.

1 ❡ Emphyteota primus concedens ſecundo in emphyteoſim nō retineat aliquid iuris.

2 Emphyteote ſecūdi ius extinguit finita linea pmi emphyteote.

Dominus labia mea aperiat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectū. ❡ †Si in preſenti cōſultatione eſſet queſtio de iure ſecūdi emphyteote ſeu liuellarij nunquid finita linea primi ⁊ ſic iure dantis cenſeretur extinctū ius ſecūdi queſtio eſſet facilis q: ex quo a primo emphyteota res eſt cōceſſa ſecūdo domino directo conſentiēte ipſo acceptāte ⁊ penſionē recipiente tunc licet eſſet finita morte primi nō extinguitur ius ſecundi inueſtiti domino conſentiēte ſiue dicamus quod in ſecundum eſſet trāſlatum omne ius primi ſiue nō. ❡ Primū tʒ Bal. in aut. ſi quas ruinas. C. de ſac. ſan. eccle. ⁊ Pet. de anch. conſilio. lxij. incipiente motiua iudicis inferendo ſententiam. vbi allegat tex. optimū in. c. j. de iurepatro. lib. vi. ❡ Secūdum probat tex. in. c. j. §. ſi clientulus. de feu. aliena. vbi eſt caſus ſm Bald. ⁊ alios qd ſi vaſallus concedit rem feudalem in emphyteoſim de ꝯſenſu domini ⁊ ſoluto iure vaſalli nō reſoluitur ius emphyteote ⁊ tamē non trāſfertur ius in totū q: remanet res feudalis ⁊ remanet vaſallus vt eſt tex. in. c. j. quid iuris ſi poſt alie. feu. ⁊ eſt rō ſm Aluaro. in. d. §. ⁊ ſi clientulus. q: ex quo dñs cōſenſit videt cōſenſiſſe ⁊ ipſum acceptare in perpetuū ⁊ pro heredibus ſuis ſicut ſi pncipaliter in feudū ſibi ꝯceſſiſſet. ⁊ ita tenet Jac. de belui. ⁊ Aluaro. in. c. j. in ſi. de cōtrouer. inueſti. ſed in caſu nro nō agimus q finita linea primi in totū reſoluat emphyteoſis tā reſpectu ſecūdi quā primi ſʒ tm̄ an finiat ius primi quo ſecūdus ſibi tenet ſoluere libras quinq; ſingulis annis donec ſoluat libras centū marchesinoꝝ qbus ſolutis primus tenebatur facere chartā vēditionis. In qua difficultate primo aſpectu dicendū
2 videbat† qd iſtud ius primi emphyteote dicat finitum finita linea ſua ſicut finitus eſſet liuellus ſi in aliū ius ſuū nō trāſtuliſſet. iſta cōcluſio vr probari p tex. cū ibi no. p Bal. quē ſequunt doct. in. c. j. quid iuris ſi poſt alie. feu. vbi colligitur ex illo tex. quod qñ vaſallus alienauit ad liuellū de voluntate dñi puta vt debeat hr̄e quinq; ſingulis annis. iſtud ius pcipiendi quinq; ſolidos ſingulis annis retinet iure feudi: ⁊ ſi vaſallus cōmittit feloniā iſtud acquirit dño q eſt notabile ſm Bal. vñ infert Bal. q reliquie feudi iure feudi cēſeri dñt ita vr cōcludēdum in caſu noſtro q illud ius pcipiēdi illa quinq; ſingulis annis retineat iure liuelli. ⁊ ſic finita linea pmi illud ius reuertat ad dñm ſicut reuerteret liuellus ⁊ p hoc facit qd dicūt Jac. de belui. ⁊ Aluaro. in. d. c. j. vbi dicūt q lʒ tranſlatū ſit vtile dominiū in emphyteotā tñ illud ius dicitur vaſallus retinere in feudū. vt eſt caſus ibi in ver. illud. ⁊ in fine. ⁊ idō dicūt qd vr adhuc rē ipſam feudalē poſſidere pp̄ter penſionē quā recipit. l. nō vtit. cū. l. ſeq. ff. de vſufru. ❡ Cōfirmari videntur premiſſa. nā inſignis doct. do. Jo. fabri inſti. de loca. in. §. adeo autē. querit quid ſi primus emphyteota concedit alteri ad liuellū ⁊ reſeruat ſibi pēſionē ſingulis annis an l ſcōm trāſferit vtile dñium ita qd apud eū nihil remaneat. ⁊ cōcludit qd dicit habere ius pcipiēdi pēſionē ⁊ cōmittit ſibi res niſi pēſio ſoluat. ⁊ hoc reſpectu ſecundi primus poteſt dici dñs argu. c. j. §. illud. d probi. feu. alie. p Fede. iſtud ergo ius percipiēdi videtur reſidere in iure quod remanet apud primū qui hoc reſpectu dicit habere dominium lʒ etiā in ſcōm dicat dñium trāſlatū q: hoc nō inconuenit diuerſis reſpectibus ſm Joan. fabri in. d. §. illud. ⁊ probat in. l. in rebus. de iure dotiū. cū ſi. ſi ergo percipit rōne illud iuris q habetur ſeu retinet in re iſtud eſt pp̄ter ius liuelli q hʒ ⁊ ſunt reliquie prioris liuelli pp̄ter q retinet ⁊ habet iſtud ius in re liuelli a domino: idō eius linea finita vr q ad dñm redeat. ❡ Sed premiſſis nō obſtātibus cōtraria ſententia eſt probabilior ⁊ verior iudicio meo. ⁊ p fundamēto pmitto q primus emphyteota cōcedendo in ſecūdum ad liuellū qui ſecūdus fuit volente dño inueſtitus ⁊ ab eo recepit capſoldum ⁊ penſionem item deſcripſit eum inter alios emphyteotas omne ius ſuū dr in ſcōm emphyteotā trāſtuliſſe qd habebat in re emphyteotica. Nā primus emphyteota nō habet niſi vtile dñium ⁊ illud trāſfert facta traditione ⁊ inueſtitura vt in caſu nro ſm Bar. ⁊ Ange. in. l. ſi quis in. §. differentia. ff. de acq. poſ. Bar. ⁊ doc. in. l. ex aſſe. ad trebel. ⁊ eſt glo. inſti. loca. in. d. §. adeo. ❡ Confirmat q: ex quo ſcōs ſoluit capſoldum domino directo apparet quod eſt emphyteota ꝯſtitutus q: hoc ſoluit dʒ a nouo emphyteota ad hoc gl. in ver. accipere in. l. ſi. C. de iure emphy. adeo enim ſoluitur p noua inueſtitura ⁊ receptione noui emphyteote vt eſt caſus. l. d. l. fina. ⁊ ibi doc. igitur ſi eſt nouus emphyteota in eum dicitur vtile dominiū tranſlatū. l. j. ff. ſi ager vectiga. vel emphy. petat in. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculū. ff. cōmo. ⁊ pp̄ter hoc q: ius primi eſt tranſlatū in ſcōm dicimus q ſi ſcōs vult alienare nō eſt requirendus primus emphyteota ſed dñs directus ſm glo. in. d. l. ſi. C. de iure emphy. in gloſſ. magna. ⁊ tenet Spec. in ti. de loca. §. nūc aliqua. ver. xxvi. vñ dicit Bal. l. c. j. §. illud. de pbi. feu. alie. p Fede. q primus emphyteota alienādo deſinit eſſe dñs cum directū dñium non habeat ſed tñ vtile qd in ſcōm emphyteotā trāſtulit. item deſiit naturaliter ⁊ ciuiliter poſſidere vt not. in. d. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculū. ff. cōmo. igit vr omne ius in ſcōm emphyteotā tranſtuliſſe. Ex qbus vr qd cū nullū ius in re emphyteotica remāſerit apud primum q: nō directū vel vtile dñium nec poſſeſſio iſta quinq; debita eſſe in actione pſonali ideo talis obligatio eſt in quoſcūq; heredes trāſlata. l. ſi pactū. ff. de pba. cū ſi. ⁊ pro ſolutione eoꝝ q in ꝯtrium adducta ſunt cōſiderandū eſt q aliqñ ⁊ primo primus emphyteota cōcedit rem ad liuellū ⁊ reſeruat ſibi pēſionē ita q ſecūdus dʒ pēſionem primo ⁊ primus dʒ illā dño directo. ⁊ iſto caſu dico q ſi ſcōa cōceſſio eſt facta de volūtate dñi ſi finitur liuellus in pſona pmi illud ius accipiēdi pēſionē acqrit dño directo nec dicit trāſlatū omne ius in ſecūdū q: ſibi debet penſio que ſi nō ſoluat reuertitur ad eū ⁊ oīa inea hʒ ac ſi eſſet dñs directus p que directo dño non preiudicet. ⁊ ſicut qui primo concedit dicit dñs reſpectu primi emphyteote ita primus emphyteota dr dñs reſpectu ſecundi ſm Jo. fabri in. d. §. adeo. p id quod habet in. d. c. j. §. illud. de prohibi. feu. alie. p Fede. per que dicit ibi notabiliter Bald. qd ſi vaſallus cōſtituat alium vaſallum licet vtile dominium trāſtulerit tamen remanerent reliquie deberentur enim ſibi ſeruitia ⁊ ipſe eſt dñs quo ad ſuū vaſallum ⁊ etiam debet fieri recognitio ⁊ ſibi preſtare fidelitatē. nec ius dicit in totū extinctū cuius reliquie remanerent. l. tale. in ſi. ff. de here. inſti. ſm Bal. ⁊ hoc caſu vt dixi ſi conſtitutus fuiſſet ſecūdus feudatarius cū cōſenſu dñi tūc illud ius reuertitur ad dñm. ⁊ hic nō eſt caſus noſter: q: emphyteota cōceſſit ad liuellū alteri qui recognouit a directo dño ⁊ ſibi penſionem debitā occaſiōe liuelli ſoluit. ⁊ licet etiā l caſu noſtro primo emphyteote ſoluat certum quid ſingulis annis: tñ iſtud nō recipit ratiōe penſionis liuelli q: illā ſoluit dño ſed alio iure donec ſoluatur pretiuʒ iuris tranſlati per primum emphyteotā in ſecūdū qd ad primū ptinebat ⁊ nō ad dñm directum. ⁊ in hoc ſecūdo caſu qñ dño directo ſatiſfit de pēſione ſed primus emphyteota conſtituit nouū cenſum annuum ſibi ſoluendū. conſiderādum etiam eſt ⁊ ſecundo q ſi primus emphyteota trāſfert vtile dominium in alterū ⁊ pro iſta tranſlatione recipit annuū cēſuʒ hʒ iſtud ius ⁊ tñ remāet res emphyteotica ⁊ habet iſtud ius annui cenſus in perpetuū. ⁊ hoc caſu loquit tex. cū ibi not. p Bal. in. d. c. j. quid iuris ſi poſt alienationem. nam ſi vaſallus rem feudalem cōcedit ad liuellū dominium vtile transfertur in emphyteotam: tamen vaſallus remanet ⁊ res feudalis ⁊ ipſi vaſallo debetur annuus cēſus. ⁊ hoc caſu verum eſt dicere quod ius vaſalli non eſt in totum extinctum ſed remanent reliquie. ⁊ verum eſt dicere qd finito iure vaſalli quomodocunq; iſtud ius reuertitur ad dñm prout eſt caſus in. d. c. j. ⁊ ibi Bal. quia iſtud ius debetur ex eo q: res remanet feudalis ⁊ ipſe vaſallus. ⁊ ſic eſt fundatuʒ in iſto iure reali. igit dicitur feudale q: in feudo eſt fundatum ⁊ pp̄ter feudum debetur ſecundū docto. in. d. §. illud. nimirū ergo ſi tale ius deficiat in pſona vaſalli q reuertat ad dominū p no. in d. §. illud. ſicut etiā diceremus ſi emphyteota cum cōſenſu domini ad longū tps locaret q: tūc remanet emphyteote ⁊ cōductor ab eo recognoſceret ⁊ ſi nō ſolueret reuerteret ad emphyteotam tūc finita emphyteoſi pp quā debet pēſio iſtud ius augeret dño directo per tex. l. d. c. j. quid iuris ſi poſt aliena. ⁊ hic nō eſt caſus noſter q: iſte non remaneret emphyteota nec res dicit in emphyteoſi primi. vnde iſte annuus cenſus nō debet q: dicit emphyteota vel q: dicatur rē in emphyteoſim habere ſed q: ius ſuū trāſtulit. ⁊ donec ſoluat pretiū cōſtitutus eſt annuus cenſus qd etiā patet q: ſecūdus recognoſcit dñm directū ⁊ nō primū emphyteotā item ſoluit ſibi capſoldū ⁊ penſionem ⁊ non primo emphyteote ſicut faciebat primus emphyteota preciſe. ⁊ ſic oīa iura primi ſūt in iſtum ſecūdū tranſlata ⁊ ſubrogatus eſt ſecundus loco primi. igit oīa iura primi emphyteote cēſent l ſcōm trāſlata ad hoc qd habet in. l. j. §. hec actio. per Bar. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. nā hoc caſu dicit primus ꝯſtituiſſe ſcōm in emphyteoſi p ſuo hērede. ⁊ ſic loco ſui de qua conſtitutione an fieri poſſit dño irrequiſito tradit Spec. in ti. de loca. §. nūc aliqua. ver. xv. ⁊ d. Jmo. late in. c. potuit. in. xiiij. col. de locato. ⁊ hoc caſu de plano procedit qd dicit Bal. in. d. §. illud. vbi dicit quod primus emphyteota alienādo deſinit eſſe dominus ⁊ deſinit ciuiliter ⁊ naturaliter poſſidere. in dicta. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculū. ⁊ ideo dicit quod ſi iſte ſecūdus vult alienare non habet requirere cōſenſum a primo emphyteota ſed a domino q: nullū ius reale retinet licet aliqua iura perſonalia retineret. ⁊ hoc caſu ꝯſidero ⁊ tertio quod

iſte annuus cenſus non debet ex eo q̃ remãſerit aliquo ſuperemphyteote neq; quod adhuc dicat rẽ in emphyteoſim tenere et ſecũdus a primo ex quo reſpectu rei in totũ recognouit dominũ directũ: ſed õr cõſtitutus annuus cenſus ſuper pecunia ſibi debita q̃ oſtẽdit. Nam primus emphyteota ꝓmittit facere chartam vẽditioni ſoluto precio librarũ centũ marchiſanorũ ⁊ donec ſoluat cõſtitutus eſt annuus cẽſus vnde ꝑcioñ alienationis ꝙ debet eſt centũ. ⁊ donec iſta ſoluant debet annuus cẽſus igitur patet q̃ debeat rõne obligationis perſonalis ad cenſũ. nec incõuenit hoc q̃ ſup pecunia quã mihi debes cõſtituat annuus cẽſus vt cõſiderat Inno. in. c. ſalutare. extra de vſur. ⁊ Joã. an. ⁊ doc. nec diſcutio nũc an licitum ſit. igitur cum iſta ſit obligatio pſonalis ⁊ nõ ius reale non dicitur emphyteoticũ ſed propriũ vnde finita linea nõ reuertit ſed vadit ad heredes emphyteote. ¶ Confirmat iſta opi. ratione vigenti. nã iſta emphyteota ꝓ p̃tio centũ cõcedit q̃ ſuũ eſt nõ ꝯ dñi directi. vnde ſi tñ cẽtum fuiſſent ꝓmiſſa talis ꝓmiſſio ⁊ ſolutio cederet cõmodo heredis primi ⁊ nõ directi dñi: lʒ primi finita eſſet linea q̃ deberet ꝓ pretio ei⁹ q̃ erat propriũ primi emphyteote vt eſt caſus in. l. ij. C. de iure ẽphy. ſi ergo rõne illa cẽtũ ſi ſimpliciter fuiſſent ꝓmiſſa deberentur heredibus emphyteote lʒ finita eſſet linea pari debet iſte annu⁹ cẽſus q̃ eodẽ iure ⁊ ex eadẽ cã debet annuus cenſ⁹ ex qua cã debent cẽtũ ptʒ q̃ ſolutis cẽtũ tollit annu⁹ cẽ⁹ q̃ nõ eſſet niſi alternatiue alterũ de his duob⁹ ex eadẽ cã deberet cũ illi cauſe nõ eſſet ſatiſfactũ ad hoc q̃ habet i. l. ij. in princi. ff. ſi cer. pe. ſi ergo cẽtũ debent obligatione perſonali ita ⁊ annuus cẽſus q̃ñ q̃ñ vna pars alternatiue eſt clara ⁊ altera dubia pars dubia interpretationem recipit a parte clara. l. j. ⁊ ibi doc. ff. de reb. dub. bene facit tex. in. l. verũ. ff. de peti. here. cũ ibi not. itẽ cũ ſufficiat alterum ex duobus adimpleri apparet q̃ ambo reſpiciant eundẽ finem ⁊ effectum iuxta not. in. l. ſi heredi plures. ff. de cõdi. inſti. tñ. l. ſi is qui ducẽta. §. verũ. ff. de reb. du. ¶ Preterea ſicut centum ita annuus redditus qui eſt loco p̃ctũ nõ remaneret emphyteota vel vaſſall⁹ vt in. c. ſi vaſſall⁹. in. iij. mo ⁊ ibi Bal. ſi de feu. fue. cõtrouer. inter do. ⁊ agna. ⁊ per Bal. in. c. j. in fine. de feu. non ha. propri. naturã feudi. ſed ratione promiſſionis centum ſoluitur annuus cenſus: igitur nõ ſoluitur vt emphyteota ⁊ hãc concluſionem puto veriſſimam. ſi qua autem fieret difficultas que in puncto nõ tãgitur ex eo quia primus ſolutis centum promiſit chartam facere per ſolutionem vide ſolenniter per Areti. in conſilio. cle. incipi. longa eſt conſultatio. in ſecũdo dubio Laus deo protectori noſtro amen.

¶ Ut ſupra p me cõcluſum eſt arbitror iuris eſſe ego Bartho. Socinus ſenen. J. U. D.

¶ Conſilium cclvij.

1 ¶ Femina quando ſuccedat in feudo. ⁊ nu. 2.
3 Heredis vel ſucceſſoris appellatione quid contineatur.
4 Feudi natura ſi alteretur an deſinat eſſe feudum.
5 Verba appoſita in feudo quod vaſallus habeat feudum ⁊ cui ipſe dederit quid operetur.

in vlti. colū. accedit que Inno. in eodē loco dicit in. ṽū. charta in
verſ. an aūt ſit verū. vbi ad plenū refert illa dicta Petri de anch.
⁊ q̄ ex tali enormi leſiōe pñſumi debeat vltra metuȝ reuerentia
a lem⁹ dolo extorta donatio voluit Bar. in. l. pe. ff. de preto. ſtipu. ⁊
Bal. in. c. i. §. item ſacramēta de pace iura. firman. ⁊ do. Ant. in. c.
cum cōtingat. de iureiurā. vbi etiā late dicit Abbas ⁊ do. Abbas
late in diſputatiōe que incipit duo adinuicē litigantes. vbi dicit
perſpicuū eſſe iudiciū doli arbitratoris ſi laudū apparet ō ſit iniq
quuȝ apud oēs bonos ⁊ graues: q̄ñ q̄ notoriā iniquitatē habe
ret ſine dubio eſt in dolo verbi gratia ſi arbitrator declarauit de
hereditate paterna nihil hr̄e q̄ eſt pietatis cōtra. l. ſcriptꝰ. ff. vn
de liberi. vel ſi excludit fratrē a ſucceſſiōe fratris nulla cauſa aſſi-
gnata quē lex naturaliter ad ſucceſſionē inuitat. l. ſi. C. quoꝝ bono
rum. ⁊ tenet Inno. in. c. quintauallis. de iureiuran. nō videtur ſe-
b qui ᵇ q2 nō ſequit̄ eſt ꝓbata leſio re ipſa: ergo eſt ꝓbatus dolus.
tamē placet opi. Ang. q2 in ꝓhibitis niſi aliter iuſtificent̄ pñſumi
tur dolus ⁊ in ɔtrarium probat̄ iuxta notata p Bar. in. l. doliū. C. de
dolo. ⁊ tenet Pet. de anc. in diſputatione cū. C. laicus. faciūt no.
per Alber. in. l. ij. ff. de arbitris. ita dicēdū eſt in iſto patre qui pri-
uat filiā omni hereditate materna. ⁊ eiuſdē dolo machinatiōe ⁊
ſuggeſtionibus adhibitis pñſumet̄ ille ciuis licet adhibitus a fi
lia puella. fuerit. ⁊ per ɔñs nō eſt veriſimile q̄ p illū purīſum fue
rit deceptionibus patris qui habebat filiā ſub eius dictiōe ⁊ gu
bernatiōe. ad hoc bene facit q̄ dicit Ang. in ſuo cōſi. ccv. incip.
reperit in quadā charta. ⁊ hoc experiētia docet cū appareat filia
decepta que eſt rerū magiſtra. c. quā ſit de elec. ⁊ cū appareat clare
enormiter leſa ɔſtat manifeſte q̄ arbitriū illius ciuis nō fuit ſuf
ficiens ad obuiandū dictis ſuggeſtionibus ⁊ machinationibus.
Infert demū q̄ cōſtitutio ꝓcuratoris incontinēti ceſſet eiſdem

metu ⁊ dolo factis ex actuū viciniitate facta eadē reuerētia ⁊ ſug
geſtione durātibus vt dictū eſt. ⁊ facit q̄ dicit Calde. in ſuo cō-
ſilio. l. in fine. ⁊ in cōſi. ij. in titu. quod metus cauſa. ¶ Ex quibus
vltimo loco dico q̄ nō habet obſtare factū ꝓcuratoris. l. inſinua-
12 tio. ex quo ea ignorāte pñſumitur facta † q̄ñ dñs cenſet̄ ignora-
re factū ꝓcuratoris vt voluit glo. q̄ incipit ignorans. ⁊ ibi Bar.
in. l. ſi aliquā. ff. de acquiren. poſ. facit gloſ. Ioā. an. in. c. gratia. de
reſcrip. in. vi. ⁊ cōſequēter per talem actum factū ignorāte ea nō
videt̄ purgari metus ⁊ dolus vt not. in. d. l. ij. C. q̄ metus cauſa.
¶ Ex quib⁹ etiā ad ꝓpoſitū infero q̄ irritato mandato procu-
ratoris tanq̄ facto per falſas ſuggeſtiones ⁊ reuerentiali metu
irritātur oīa geſta per procuratorē virtute talis mādati. ar. l. q̄
ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. ⁊ probat̄ ex dictis Bal. in. l. tale
pactū. §. q ꝓcurauit. ff. de pactis. vbi vult q̄ obtenta victoria ſu-
per nullitate. ⁊ oīa inde ſequuta irritantur. ad idē tex. ⁊ doct. l. d.
c. cūm matrimoniȷ. ⁊ in. c. cū cām. eo. ti. Ad idem tex. in. c. i. in ſi. ex
tra vt lit. nō cōteſt. ⁊ ibi Bal. cū ſi. que allegari poſſent ⁊ libēter
in hāc partē incido: q2 videm⁹ q̄ ſemper huiuſmodi puelle cir-
cumſcribunt̄. ⁊ cōſideret quiſq3 quomodo puella pōt parēti ſuo
volēti eam decipere reſiſtere in tali etate ⁊ domo paterna. igitur
illis ſubueniēdum eſt vt dicit tex. in. d. l. de mino. ¶ Neceſſe parut
faciēdū aliud fundamētū in propoſito q̄ talis immenſa dona-
13 tio reuocata cenſet̄ p ſuperuenientiā filioꝝ per textū vbi † eſt ca-
ſus in. l. ſi vnq̄. C. de reuocā. dona. traditur plene i. l. i. C. de inoffi-
ci. dona. ⁊ in. c. ſi. de donatio. Et ſi in contrariū dicat̄ q̄ expreſſe
puella ꝓmiſit nō reuocare ꝓpter ſuperuenientiā filioꝝ vnde ha
bemus clarā mentem q̄ voluit donare etiā ſi filiȷ naſcerent̄ ⁊ ſic
nō poſſum⁹ dicere q̄ ſi cogitaſſet nō donaſſet. in qua pñſumptio
ne etiā tacita mēte videtur fundata dicta. l. ſi vnq̄. ita concludit
Bart. ⁊ vident̄ doc. magis cōiter ſeq in. l. titia. §. imperator. ff. de
lega. ij. ⁊ dicit in. d. l. ſi vnq̄. ⁊ in. l. i. C. de inofficio. donatio. ⁊ Io.
de imo. in. c. ſi de donatio. ¶ Ad hoc pōt dupliciter reſponderi.
¶ Primo q̄ imo expreſſe pater nō pōt filiȷs naſcituris preiudi-
care ex quo. d. l. ſi vnq̄. inuenta eſt in fauorē filioꝝ prout elegāter
cōcludit Io. an. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. porro. in vl-
tima addi. ⁊ refert ⁊ ſequit̄ Bar. de ſaly. in. d. l. ſi vnq̄. ⁊ hāc opi.
veriorem reiectis falſitatibus alioꝝ dicit Ludo. ro. in ſuo ɔſilio
cdxvīȷ incip. nō eſt dubiū q̄ donatio. ⁊ licet iſta opi. non ſit cō-
munis ⁊ cōtra eam ſepe cōſuluerīt doc. attamē concurrentibus
his ex quibus ſupra non eſſet hereticū ſequi in caſu noſtro per
ea que ſtatim dicā ¶ Secūdo reſpōdeo q̄ Bar. ⁊ docto. in. d. §.
imperator. voluit q̄ tūc non habeat locū. d. l. ſi vnq̄. q̄ñ ſumus in a
caſu certo q̄ voluerit filiȷs naſcituris preiudicare ſecus ſi ſum⁹
in dubio igitur habeat locū diſpoſitio. d. l. ſi vnq̄. q̄ aūt ſumus
in caſu dubio oſtēditur. nam ſi appareret certe q̄ dolo fuiſſet in-
ducta tūc appareret q̄ nō cogitauit de filiȷs q̄ñ dolus excludit
conſenſum ab ea diſpoſitione ad quam quis dolo inducit iuxta
not. in. l. elegāter. in princip. ff. de dolo. C. de inutili ſtipu. cum ſi. ⁊
ſic nō diceret̄ voluiſſe filios excludere ⁊ filiis preiudicare. vnde in
caſu noſtro licet nō ꝓbaret̄ dolus ſufficienter q ex indiciȷs ⁊ cō-
iecturis ꝓbatur vt in. l. dolum. C. de dolo. q̄ tamen probatur vt
ſupra oſtenſum eſt ad minus ex tot cōiecturis negari nō pōt q̄n
res in dubitationem deducat̄ probabiliſſimā aliquid ex volun-
tate talis ꝓmiſſio de nō reuocādo ꝓpter ſuſceptionē liberorum
ita q̄ voluerit preiudicare an potius dolo inducta per quē ſen-
ſus excludat̄. ita promiſerit q̄ magis veriſimile apparet. vnde re
exiſtēte dubia ſuccedit doctrina doc. in. d. §. imperator. ⁊ hoc ma
xime concludēdum in caſu noſtro cum iſta eſſet mulier ⁊ puella
⁊ nō fuerit certificata quid importaret dicta clauſula ⁊ promiſ- b
ſio de non reuocando propter ſuperuenientiam filioꝝ. ſ. qualiter
ipſa liberis ſuperuenientibus potuiſſet reuocare ſi ita nō promi-
ſiſſet ꝓpter q̄ debet ſibi tanq̄ erranti in iure ſubueniri. ex quo
tractat de damno vitando. l. error in ſi. ⁊ l. iuris ignorantia. ff. de
14 iur. ⁊ fac. ignorātia. ꝓpter quā rōnem cōcludūt doc. † q̄ licet mu-
lier renūciauerit bñficio velleiani non preiudicat ſibi niſi fuerit
de tali bñficio certiorata. glo. eſt or. cōiter approbata in. d. l. ſi n. §.
pe. ad velleia. ⁊ gl. in. l. ſciendū. ff. de verb. ob. ⁊ ratio eſt q2 mulier
pñſumit̄ ignorare. l. cū de indebito. §. ſinaūt. ff. de ꝓbatio. ⁊ lȝ nō
ſubueniat̄ mulieri in iure niſi in caſibus expreſſis vt in. l. ſi. C. de
iuris ⁊ fac. ignorātia. ꝓpter quā rōnē quidā dicebāt talē renun-
ciationeȝ valere. tñ ad hoc rñdent docto. ⁊ dicunt moder. in. d. l.
ſciēdum. q̄ ſatis dicit̄ expreſſum in iure q̄ñ tractat de dāno vitā
do p. d. l. error. de quo latius in. d. l. ſciendū. ff. de verb. obl. per. do.
Alex. ergo pari ratiōe poſſumus idē dicere in caſu noſtro q̄ pre
ſumat̄ erraſſe in iure ꝓpter q̄ p ſuperuenientiā liberorum poſ-
ſet reuocare ⁊ quod ꝓpter dictā ꝓmiſſionē tale beneficium filiȷs
multū preiudiciale amitteret ⁊ per ɔñs debebat ſibi tanq̄ in iu-
re errāti ſubueniri: quia non video dari poſſe rationem diuerſi
tatis. Igitur eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. l. illud. ff. ad. l.
aquiliam. quinimo maior eſt ratio in caſu noſtro ex quo non eſt

a ¶ Quādo in donatione fa cta per filiā ē enormis leſio vltra q̄ pñſu mat̄ metu re uerentiali ex torta pñumit̄ etiaȝ doloſa.

b ¶ Aduerte hic lector q2 quicq̄d ſit vi detur mihi ſ hoc ɔſilio q̄ deficiat.

vſquequaq; certũ qđ poſſit fieri renunciatio propter liberorũ fa
uorẽ. ⁊ licet predictas conſiderationes huius vltime reſpõſionis
nõ reperio tactas p̃ doc. arbitror illas probabiles ⁊ equiſſimas.
⁊ maxime in caſu noſtro attentis omnib⁹ ſupradictis. ⁊ hãc par
tem tanq̃ equã ſequi debet dñs iudex. iuxta. l. placuit. C. de iudi. ⁊
multomagis arbiter corã quo talis cauſa verteretur. qꝛ niſi noſ
ipſos decipere velimus puelle ſemper in talibus circumſcribũtur.
Laus deo. ¶ Et ſupra per me concluſum eſt arbitror iuris eſſe
ego Bartholomeus Socinus Senenſis iuris vtriuſq; doctor.

¶ Conſilium. cclxiiij.

1 ¶ Cõtractus dꝫ talis cẽſeri qualis ex facie inſtrumẽti apparet.
2 Donatio dicitur facta ⁊ ſimulata ad euictionem alicuius caſus
quando ille caſus probatur inſtare.
3 Coniecture legum dicuntur liquidiſſime probationes.
4 Simulatio quid ſit.
5 Dominium qñ transferatur ex contractu nullo facta traditiõe.
6 Dominium non transfertur ex cõtractu ſimulato.
7 Alienans quãdo poſſit cõtra eum in quem facta eſt alienatio al
legare cõtractum ſimulatum.
8 Turpitudinem ſuam allegans an ⁊ quãdo audiatur.
9 Iuramentum defertur filio ſuper factis patris.
10 Scientia geſtorum preſumitur ratione cõiunctionis.
11 Simulatio contractus allegatur iuramento nõ obſtante.
12 Exceptio que inheret rei obſtat ceſſionario ⁊ ex cauſa oneroſa.
13 Fraus cedentis quãdo noceat ceſſionario.
14 Exceptio banni vel excõmunicatiõis que obſtat cedenti quãdo
obſtet ceſſionario.
15 Exceptio rei iudicate an ⁊ quando obſtet agenti ſuper eo quod
deductum erat in alio iudicio per viam exceptionis.
16 Exceptio rei iudicate nõ obſtat illi qui ſuccubuit in exceptione
ſpoliatiõis volenti iterato agere principaliter ex tali ſpoliatiõe.

Dominus labia mea aperi
at ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. ¶ Viſo
inſtrumẽto donationis facte a Biancho dño nicolao
eius fratre clerico: ⁊ cõſideratis recte que diligẽter p̃ſatis omni
bus que in facti cognitiõe vertunt de pluribus dubitari cõtingit.
¶ Primo an dicta dõatio facta a Biãcho dño Nicolao ſimula
ta dñudicari debeat. ¶ Scđo poſito q̃ dicat̃ ſimulata que ſpecie
ſimulatiõis cenſeri debeat ſimulata. ¶ Tertio an ex dicta ſimu
lata donatiõe dñium dicat̃ eſſe tranſlatũ. ¶ Quarto an a dicto
Biancho cõtra dictũ dñm Nicolaũ potuiſſet talis ſimulatio alle
gari. ¶ Quinto poſito qđ ſic an contra eius ceſſionariũ allegari
poſſit ſimulata. ¶ Sexto poſito qđ ſic an obſtet hodie exceptio
rei iudicate l p̃ũti iudicio. ¶ Septimo ⁊ vltimo poſito qđ nõ an
in hoc iudicio a biancho ſimulata allegari valeat ⁊ de q̃libet dif
ficultate p̃pter multitudinem dubitationum ſubſtantialiter lo
quar. ¶ Circa primã difficultatem dico qđ regulariter cõtract⁹
1 ſimulatus cenſeri nõ debet niſi p̃betur † qꝛ talis cenſeri debet cõ
tractus qualis ex facie inſtrumenti apparet cui in dubio ſtandũ
eſt. l. cum precibus. C. de probatio. Ad hoc bonus tex. l. l. labeo. §.
idem. ff. de ſupel. leg. ⁊ no. Bald. in. l. rogaſti. §. ſi tibi. in fi. ff. ſi cer.
peta. ⁊ Bal. in. c. j. §. ſi inſtrumentum. de natura feu. tamẽ in caſu
noſtro ꝯcludendum eſt qđ talis donatio facta domino Nicolao
filio clerico cẽſeri debet ſimulata. nam probata eſt in caſu noſtro
cauſa timoris ⁊ ſuſpitionis p̃pter quã veriſimiliter Biãchus ſi
mulatã donationẽ fecit qꝛ habebat prout per teſtes p̃batur mul
tos creditores vltra ſubſtãtiã ſuam aſcendentes a quibus vexa
batur ⁊ per hoc ceſſabat ⁊ ſepi⁹ amicis ⁊ vicinis dixerat qđ vole
bat talẽ donationẽ facere vt dicta bona a dictis creditoribus de
fenderet ⁊ qđ per dictã ſuſpitionẽ biancus latitabat ⁊ ceſſabat.
ad hoc enim vt actus alienationis ſimulatus cenſeri debeat de
bet cauſa timoris ⁊ ſuſpitionis apparere propter quam ad euita
tionem ⁊ defenſionem bonorum talem donationẽ fecerit. l. ſi mu
lierem. in prin. ff. rerum amo. ⁊ eſt caſus in. l. ſed ſi mariti. §. fin. ff.
qui ⁊ a quibus. probatur in. c. fin. de renun. lib. vj. ſicut enim dici
nõ põt donatio facta cauſa mortis niſi qñ inſtat aliqđ periculum
2 mortis. l. j. cũ. l. ſeq. ff. de do. cauſa mor. ita † nõ poteſt dici donatio
facta ad euitationem alicuius caſus niſi ille caſus probetur inſta
re. ita declarat Bartol. in ſuo conſi. lxiiij. in fomis incip. factum
tale eſt Petrus nicole. ⁊ not. Bar. in. l. poſt cõtractũ. ff. de dona.
⁊ per Pe. de anch. in cõſi. cccxviij. ⁊ ex iſta cauſa ſeriſtenti p̃bata
oſtenditur primo vigens cõiectura ſimulationis ⁊ fraudis vt vo
luit Bar. in. d. l. poſt ꝯtractum. ⁊ in. d. cõſi. Petrus nicole. ¶ Scđo
arguit̃ ſimulatio qꝛ facta fuit donatio maioris partis bonorum
quo caſu preſumit̃ facta in fraudẽ creditorũ ⁊ ibi not. per docto.
⁊ per Bart. in. d. l. poſt contractũ in ver. ⁊ prima eſt preſumptio.

¶ Tertio arguit̃ ſimulatio qꝛ donatio eſt facta ꝯiuncte perſone
l. data. C. de do. ⁊. l. pe. C. de bo. que li. ⁊ no. Bar. in. d. l. poſt ꝯtractum
ver. ſecũdus caſus ⁊ no. Bar. in. d. cõſi. ¶ Quarto arguit̃ ſimula
tio qꝛ alienatio eſt facta in clericũ quo caſu videt̃ in fraudẽ facta
cauſa mutandi iudiciũ vt duriorẽ aduerſarius cõſtituat̃ vt dicit
Bart. in. l. j. in prin. ff. de alie. iudi. mu. cauſa fa. allegat caus. quia
hoc dicitur in. c. j. de alie. iudi. mu. ¶ Quinto arguit̃ ſimulatio ex
illo: qꝛ biãchus plures habebat filios. vñ nõ eſt veriſimile q̃ vni
filio ex multis donaſſet maiorẽ partẽ fortunarũ ſuarꝫ ex plurib⁹.
Primo qꝛ equalis cenſet̃ cã ⁊ affectio. l. ſcripto. ff. vñ lib. Scđo qꝛ
nõ eſt preſumptio q̃ pater ſine cã tam inofficioſam donationẽ fe
ciſſet cõtra officiũ pietatis paterne cũ in dubio preſumat̃ magis
filios q̃ ſeipſum diligere. l. iſti quidẽ. ff. qđ metus cauſa. Tertio
dicta preſumptio maxime p̃cederet qꝛ nõ eſt cẽſendũ q̃ vni filio
clerico qui de altari eni deſeruit viuere debet iuxta id qđ habet̃ l
c. cum ſcđm. de prebẽ. donaſſet q̃ſi oĩa bona alijs excluſis qui a pa
tre ſint alimentãdi iuxta. l. ſi quis a liberis. de lib. agno. Quarto qꝛ
nõ eſt veriſimile q̃ pater voluerit filios eſſe inequales ſꝫ potꝰ equa
les. l. illud. ⁊. l. vt liberis. C. de colla. ⁊. l. fin. C. cõia vtriuſq; iudi.
¶ Sexto arguitur ſimulata dicta donatio qꝛ ipſemet biancus
pluries dixit q̃ volebat dictã donationẽ facere ſimulatam vt di
cta bona a creditoribus defenderet. vnde nper te ſimulatio p̃ba
tur vt voluit no. Bal. ⁊ Saly. in. l. multũ intereſt. C. ſi quis alteri
vel ſibi. tamen facit quod habetur. in. l. iiij. §. ſi obſignauero. ff. de
manu. ⁊ quod habetur in. l. pacta nouiſſima. C. de pactis con. ſi.
¶ Septimo ⁊ vltimo arguit̃ donatio ſuſpecta ex eo qꝛ biancus
donator ſemper remãſit in poſſeſſione quo caſu licet in inſtrũ ſit
cõſtitutũ: tñ ex quo actualiter biancus poſſidet ⁊ fructus perce
pit vt probat̃ in. l. ſicut. §. ſupervacuũ. ⁊ ibi Bart. ff. qui. mo. pig.
vel hypo. ſolui. ⁊ no. Bart. in. d. l. poſt cõtractũ. ff. de dona. in ver.
iiij. preſumitur ⁊ Bar. in. d. conſilio quod incipit Petrus nicole.
¶ Sed dicet quiſpiã qñ allegat̃ ſimulatio attento in cuius frau
dem dicit̃ facta ſimulatio verũ eſt qđ talis ſimulatio continuate
poſſeſſiõis allegari põt. ⁊ ita habet locũ tex. in. d. §. ſupervacuum.
cũ ibi no. per Bar. ſecus ſi allegat̃ ſimulatio cõtinuate poſſeſſio
nis a cõtrahente puta vẽditore vel donatore cõtra emptorẽ ⁊ do
natariũ qꝛ hoc allegari nõ põt. non enim donator põt dõatario
imputare q̃ nõ petiit ⁊ eũ nõ p̃cipitauerit. ar. l. ſi extraneus. ff. de
iure dotiũ. ⁊ ita tenet Bar. in cõſilio qđ incipit. Martin⁹ formi
conus de eugubio ⁊ bal. ⁊ Sal. in l. emptio. C. plus valere qđ agi.
⁊ eſt doctrina Bart. in. d. l. poſt ꝯtrum. ff. de dona. in ver. tertius
caſus ad finẽ. ⁊ maxime p̃pter ꝯſtitutũ vel precariũ qꝛ mutauerit
ſibi cãm poſſeſſiõis. ⁊ incipit tenere ex noua cauſa qđ ſuſpitionẽ
tollere videt̃ ſm Cardi. ⁊ Imo. in. c. illo vos. extra de pignoribus.
⁊ Bal. in. l. illud. C. de ſac. ſan. eccle. ¶ Sed ad premiſſa reſpõdeo
⁊ dico qđ predicta p̃cedunt reſpectu dicte preſumptionis. ſ. con
tinuate poſſeſſionis nõ autẽ reſpectu aliarũ preſumptionũ qñ ſi
mul cõcurrerent qꝛ tũc ex alijs ⁊ ex iſtis poterit cõtractus ſimula
tus allegari vt declarat inſignis preceptor me⁹ do. Areti. in ſuo
conſi. lxv. incip. in preſentis conſultatione que eſt difficilis ⁊ eſt de
mẽte Bal. ⁊ Saly. in. d. l. emptio. d. dicit enim ſaly. q̃ facilius poteſt
allegari ⁊ p̃bari cõtractus ſimulatiõis a tertio q̃ a donãte p ve
riſimilia ⁊ cõiecturas qꝛ poterit p̃bare per cõtinuationẽ poſſeſſio
nis qđ nõ poterit donans. ⁊ ſic vult q̃ vtrinq; per preſumptionẽ
⁊ cõiecturas. ſed per hãc tertius ⁊ nõ donans. ⁊ hoc eſt de mente
Bar. in. d. l. poſt ꝯtrum. vbi hoc tñ dicit in iſta ſola preſumptio
ne nõ aũt qñ ex alijs etiã ⁊ hoc eſt clarius de mente Bar. in. d. ſuo
cõſilio qđ incip. Petrus nicole. vbi dicit q̃ ex ſola preſumptio
ne cõtinuate poſſeſſionis a cõtrahente põt cõtractus ſimulatus
allegari ⁊ ad. §. ſupuacuũ. reſpõdet q̃ ibi apparebat cauſa frau
dandi creditorẽ. vult ergo q̃ ex illa ſola preſumptiõe nõ arguat̃
cõtractus ſimulatus ſi a cõtrahente allegat̃. ⁊ qđ vbi apparet de
cauſa ſimulatiõis tũc illa p̃ſumptio arguat per. d. §. ſupervacuũ
ſed hic cõſtat de cauſa vt p̃batũ eſt: igit̃ ſimulatũ arguit: ita ẽ cla
re de mente Bar. in. d. cõſilio. ita etiã multũ clare declarat Areti.
preceptor meus in ſuo cõſi. cx. in. iij. dubio. nec mirũ qꝛ cũ ſimula
tio occulta ſit ſufficit p̃batio per cõiecturã: requirunt̃ enim p̃
batiões ſm ſubiectã materiam. l. conſenſu. C. de repu. l. dolũ. C. de
3 dolo. † Cõiecture enĩ legũ dicunt̃ liquidiſſime p̃bationes. l. licet
imperator. ff. de lega. j. l. ſi tutor cum ibi no. C. de peri. tuto. ⁊ tradit
Bar. in. d. l. poſt cõtractũ. ⁊ Bal. ⁊ ſaly. in. d. l. emptio. ⁊ per Bal.
in. c. illo vos extra de pigno. ⁊ in. c. ad noſtram extra. de emp. ⁊ vẽ.
⁊ per Pau. de caſt. cõſi. cccxvi. incip. in cauſa mota per dñaꝫ Ca
terinã ⁊ in conſi. lxxx. incip. viſis his que ſuperius ex quibus re
manet prima queſtio expedita. ¶ Circa ſcđam queſtionẽ qua ſpe
cie ſimulationis dicta donatio preſumi debeat ſimulata ꝯcludo
breuiter q̃ plures ſunt ſpecies ſimulatiõis inter quas eſt vna qñ
donãs vel vẽdens fingit ⁊ ſimulat vendere ſed in veritate inten
dunt nihil agere ſed hoc faciunt ad defenſionem bonorũ aliena
torum vt onera euitaret vel exactiones creditorum. ⁊ iſta eſt ſimu
latio de.

latio de qua agimus in caſu noſtro vt probatuꝫ eſt bianch⁹ in
veritate nolebat donare ſed illa bona a creditorib⁹ defendere vt
eſt probatū ꝛ ſic nihil agere volebat neqꝫ cū donatario neqꝫ cuꝫ
4 alio. ꝛ iſta eſt vna ſpecies ſimulationis. † ꝛ eſt ꝓprie ſimulatio qñ
fingit aliquid agi ꝛ in veritate nihil agitur vt probat tex. cuꝫ gl.
in. l. nuda de ↄtrahē. empt. ꝛ in. l. imaginaria. ff. de reg. iur. tradit
Bar in. l. emptor. ff. de aqua plu. arc. ſequit Lud. ro. ꝛ Barto. in
d. l. poſt contractū. ꝛ in. d. conſilio qḋ incipit Petrus Nicole. vbi
ponit plures ſpecies ſimulationis. ꝛ Pau. de ca. in ↄſi. cix. incip.
viſo pūcto ſupraſcripto ꝛ declarat no. Bald. in. l. i. C. plus valere
qḋ agitur. ꝛ Bal. in. l. cū precibus. C. de proba. ¶ Ex quibus con
cludit qḋ ſumus in propria ſpecie ſimulationis: qꝛ bianchus in ve
ritate noluit donare ſed vt bona a creditoribus preſeruaret donā
tionē fictā ꝛ ſimulatā fecit que dicit habere quandā picturā ſeu
figurā donationis cū in veritate nō habeat eſſe ꝛ nihil ſit. ad hoc
bonus tex. in. l. ab anaſtaſio. C. mādati. ibi per figuratā donatio
nem trāſactū. vñ dicit Bal. in. d. l. cū precibus. qḋ inſtr̄m ↄfectuꝫ
per ſimulationē nō dicit inſtrumentū: qꝛ licet habeat figuram in
ſtrumēti: ex quo tñ non habet eſſe nihil eſt. cū enim effectu careat
debet etiā ꝛ noīe carere vt eſt ibi caſus in verbo ad modū. ꝛ eſt bo
nus text. in. l. a nullo. C. de ſeruis. vnde dicit Bal. in. l. ſi ex pretio.
C. ſi cer. pet. qḋ ſtāte ſtatuto qḋ poſſit opponi exceptio ſimulatio
nis intelligit de ea in qua nulla eſt obligatio ſtā. ¶ Circa tertiā
queſtionē nō inſiſtēdo in argumentis ꝛ rationibus hincinde ↄ
5 cludēdo dico † qꝛ ex dicto ↄtractu nullo ꝛ ſimulato nullum fuit
trāſlatum dñium ꝛ cōſidero qḋ aliqñ ꝛ primo nulla cauſa proce
dit ſeu nullus titulus aptus ad trāſlationē dñij de iure vel de fa
cto ꝛ tūc ex nuda traditione nō trāſfert dñium. ꝛ ita loquit text.
in. l. nūqꝫ nuda. ff. de acqui. rerū do. ¶ Aliqñ ꝛ ſcḋo precedit con
tractus ſed eſt inutilis tamē agens credit ſe teneri ex illo contra
ctu ꝛ tradit ꝛ ſic ↄſentit dñiuꝫ trāſferre. ꝛ tūc ex iſto inutili ↄtra
ctu dñium trāſfert. ꝛ hic eſt caſus in. l. multū intereſt ad ſi. ꝛ ibi
gl. ꝛ doc. maxime ſaly. C. ſi quis alteri vel ſibi ꝛ probatur in. l. iij.
§. ſi tibi. cū ſibi no. ff. de cōdi. cauſa da. ¶ Aliqñ ꝛ tertio precedit
titul⁹ ſeu cauſa ſimulata ꝛ nulla qꝛ in veritate cōtrahens fingit
ſe velle cōtrahere: ſed intēdit in vitate nihil agere ex cauſa de qui
bus in prima difficultate. ꝛ hic eſt caſus noſter in quo nullū trāſ
fertur dñium. iſta ↄcluſio probat qꝛ ↄtractus eſt ipſo iure null⁹
ꝛ deficit ↄſenſus tam in cōtrahēdo quā in trāſferendo dñiuꝫ vt
declarat Bal. in. l. i. C. plus valere qḋ agit ꝛ eſt tex. in. l. nuda ꝛ in
l. cū manu ſata. ff. de cōtrahen. emp. ꝛ in. l. imaginaria. ff. de regu.
iur. traditur in. l. iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de manu. ꝛ Pau. de ca. in. l.
ſi cōtra legē. ff. de legi. igit ſi eſt nullus ↄtus ꝛ cōtrahēs nō agit
dñium trāſferre nullū trāſlatū fuit dñiuꝫ. ar. l. iiij. §. ↄdemnatū.
ff. de re iudi. ꝛ. l. nō dubium. C. de legi. Confirmat iſta opi. qꝛ talis
cōtractus ꝛ donatio in caſu noſtro qñ agens intēdit nihil agere
habet pro nō facta ꝛ ac ſi nō eſſet facta vt dicit tex. i. d. l. nuda ibi
nuda ꝛ imaginaria vēditio pro nō facta eſt. ꝛ in. d. l. imaginaria.
ꝛ tradit Pau. de de caſt. i ſuo ↄſi. vij. incip. Circa primū queſitū.
6 † vbi vult qḋ bona vēdita per ſimulationē nō exeunt dñium ven
dētis. hinc eſt qḋ dixit bart. in. l. filius. C. de reuo. his que in frau.
credi. qḋ talis ↄtus nō dicit ↄtus ex quo eſt fict⁹: vñ dicit Bal.
in. l. precibus. C. de rerū permu. qḋ inſtrumētū. nō eſt inſtr̄m bene
facit. l. emptor. ff. de aque plu. arcē. ꝛ tenet Bal. in. l. que in matri
monii de agri. ꝛ cēſi. lib. xi. vbi voluit expreſſe qḋ ex cōtractu ſimu
lato dñiuꝫ trāſfert. ita ꝛ tenet bar. in. d. l. poſt cōtractus. ff. de do
na. in ver. ſꝫ. preſumit dū dicit qꝛ de bōis nō exiuit. ꝛ qꝛ ↄcluſio
eſt clara nō inſiſto. ¶ Circa. iiij. q. que eſt difficilior an a Bianchó
cōtra dñm Nicolaū potuiſſet hec ſimulatio allegari. in qua diffi
cultate pro declaratiōe cōſiderādū eſt qḋ aliqñ ꝛ primo facta eſt
alienatio ꝛ donās vel vēdēs in vitate vult alienare ſed in fraudē
7 creditorū vel fiſci. ꝛ tūc alienatio valet † nec pōt alienās cōtra euꝫ
in quē facta eſt alienatio ad reſcindēdā alienationē allegare illā
factā eſſe in fraudē. caſus eſt in. l. filios. C. de reuocā. his q in frau.
credi. ꝛ ibi p doc. l. l. cū ꝓfitearis. ꝛ ibi doc. C. de reuo. do. ꝛ l. l. ſi cre
ditoribus. C. de ſeruo. ma. pign. dat. ꝛ not. Bar. in. d. l. poſt cōtra
ctum. ꝛ probat ex no. per bar. in. d. l. iuſiurandū ex ↄuentione. §.
ſi. ff. de iureiurā. tradit do. Abb. in. c. inter dilectos. de dona. ꝛ in
c. cū ſuper. de ↄceſ. prebē. ꝛ doc. in locis ſ. allegandis. ¶ Aliqñ ꝛ
ſcḋo facta eſt alienatio ſimulata ꝛ nō vera qꝛ alienās intelligebat
nihil agere in veritate ſed ſimulabat aliqua iuſta cā puta vt bōa
defenderet a tyrāno. ꝛ tūc dicit ſimulata imaginaria ꝛ nulla eſt
alienatio. l. imaginaria. ff. de reg. iur. ꝛ ſꝫ dictū eſt. ꝛ hoc etiā caſu
indubitāter pōt per alienātē allegari ſimulatio cōtra eū in quē
facta eſt alienatio vt ↄcludit Bar. in. d. l. poſt ↄtū. ff. de dona. in
ver. ſed nunqd vēditor potuerit hoc dicere ↄ emptorē. arg. l. quis
ꝛ. l. cū ꝓponas. C. ſi q alteri vel ſibi. ꝛ ꝓbat hoc ex doctrinis ſta
tim allegādis in ſequēti caſu. ¶ Aliqñ ꝛ tertio alienās nihil in
tēdit agere in veritate ſed fingit ſe velle alienare ex cauſa tñ non
iuſta qꝛ vult fraudere creditores vł fiſcū. ꝛ hic ē caſus noſter quo

etiā caſu ſꝫ alienatio imaginaria. ꝛ nulla quedā depicta aliena
tio vt dicit Bald. in. d. l. poſt cōtractū. ff. de dona. ꝛ hoc caſu vide
batur facere difficultatē qꝛ Bar. videt ſibiipſi ↄtrariꝫ. nam in. d. l.
poſt cōtractū. ff. de dona. in ver. ſꝫ an vēditor videt tenere qḋ alie
nās hoc dicere nō poſſit. dicit eñ qḋ aut quis vult dicere contra
ctū in fraudē factū ꝛ nō pōt. d. l. cū ꝓfitearis. d. l. ſi creditorib⁹.
ꝛ. d. l. filios. Aut vult dicere vēditionē ficticiā non in fraudē ali
cui⁹ priuati vł fiſci: ſed vt ſe defenderet a tyrāno vel alia iuſta cau
ſa ꝛ pōt. arg. l. quāuis. ꝛ. l. cū ꝓponas. C. ſi quis alteri vel ſibi. ꝛ ſic
vł qḋ Bar. decidat caſum noſtrū. ¶ Primo dū ſimplr vult qḋ
alienās nō poſſit allegare cōtractū factū in fraudem nec diſtin
guit an ſit ficticī⁹ vel fraudulētus ꝓut in ſequenti caſu. ¶ Scḋo
qꝛ in ſequenti vult qḋ ita demū poſſit ficticius allegari dummo
do nō alleget alienationeꝫ factam in fraudem alicuius priuati
vel fiſci ꝓut eſt caſus noſter. hoc videt velle Pet. de anc. in ſuo ↄ
ſilio. cxxvij. incip. ad corroborationē predictoꝝ vbi loquēdo de
cōtractu ſimulato qñ partes intēdunt nihil agere vult qḋ ille q
alienat nō poſſit hoc allegare p tex. in. d. l. cū ꝓfitearis cū ſi. ꝛ ita
dicit tenuiſſe Bart. per dicta iura in ſuo ↄſi. hodie. lxv. incip. fa
ctū tale eſt Petrus nicole ꝛc. vbi idē videt velle dū alleget dicta
iura. ↄtrariū tñ voluit Bar. in. d. l. fili⁹. C. de reuo. his que i frau.
credi. quē ibi ſequunt Bar. de ſaly. ꝛ Pau. de caſt. qui limitādo
illā. l. vult qḋ quis nō pōt allegare ſe alienaſſe in fraudē credito
rū ad reſciſſionē ↄtus ꝓut loquitur. d. l. filius. dicēs qḋ non ha
bet locū qñ alienatio fuiſſet ficticia imaginaria vel nulla qꝛ tunc
ipſemet qui alienauit pōt allegare ſimulationē per. d. l. imagina
ria. ꝛ. d. l. nuda. hoc etiā voluit clare Bal. l. d. l. cū ꝓfitearis. vbi
vult qḋ aut donatio ē vera ꝛ valida licet fraudulēta: ꝛ tūc dona
tor non pōt hoc allegare p illū tex. aut donatio eſt imaginaria ꝛ
nulla: ꝛ tūc lꝫ conſtet de fraude tūc tñ repellit allegās. arg. l. ſi pre
ſes. C. de dona. ꝛ per illū tex. ꝓfeciſti. per quē ptꝫ qḋ loquit in do
natione perfecta. igit a ↄtrario ſenſu ſecus dicēdum videt in do
natione imaginaria ꝛ nulla. vnde reperio plures doc. florētinos
in hoc pūcto ↄſuluiſſe ꝛ ↄcordaſſe opi. qḋ aliqñ ſit vēditio vel
donatio in fraudē creditoꝝ ꝛ valida: ꝛ tūc vendēs vel donās nō
ad reſciſſionē ↄtꝰ fraudē ꝛ ſic turpitudinē ſuā cōtra donatariū
vel emptorē allegat. ꝛ ita intelligūt Bar. in. d. l. poſt ↄtū ꝛ Bar.
ꝛ Pet. de anchar. ↄſulētes vt ſupra. Aliqñ vendēs vel donās in
effectu nō intēdit aliqd agere lꝫ fingat vēdere vel ↄtrahere. ꝛ ita
ↄueniunt ↄhentes adinuicē in fraudē etiā creditoꝝ: ꝛ tūc vēdi
tio eſt imaginaria ꝛ nulla. l. nuda. ff. de ↄtrahē. emp. ꝛ pōt vendi
tor vel donās allegare nullitatē vel fraudē. ꝛ ita ꝓcedit qḋ dicit
Bar. ꝛ Saly. i. d. l. fili⁹. ꝛ Bal. in. d. l. cū ꝓfitearis. ꝛ ratio eſt quia
tūc nō allegat neqꝫ fundat ſe in turpitudine: ſed i eo qꝛ nō ↄſen
ſit. ita dicit Pau. de ca. in. l. ↄtra. l. ff. de legi. qui facit hāc differē
tiā inter ↄtū fraudulentū ꝛ nullū. ꝛ cōtractū fraudulentum va
lidū. idē tenet Pau. de ca. dicit qḋ tūc nō fundat ſe in turpitudi
ne ſed in nullitate. idē Pau. de ca. in ↄſi. ſuo. lxxx. incip. viſis his
que ſuperius dictis qḋ qñ allegat ſimulatio ꝛ nullitas nō habet
locū. d. l. cū ꝓfitearis. C. de reuocā. dona. qꝛ ꝓmiſſum trahit ad ſe
prohibitū. l. ſi q duos. ff. de lib. leg. hoc idem ita diſtinguendo te
nuit Jo. an. in. c. inter dilectos. extra d dona. quē ſequit inſignis
doct. do. Cardi. florē. idē voluit Bald. in. c. cū. M. extra de ↄſti. ꝛ
Frāc. de alber. in. d. l. iuſiurandū. §. ꝓcurator. ꝛ Pau. de caſt. con
ſilio. cccxxviij. ¶ Sed nō adhuc p ꝓmiſſa res videt bene diſcuſſa
ꝛ in primis videt qḋ dicta Bar. in. d. l. poſt ↄtū non faciunt in
propoſito. ꝛ ꝓſuppono id qḋ dicit idē Bar. in. l. nō ſolū. ff. de lib.
leg. in. §. liberationis. vbi dicit qḋ dicta doctoꝝ intelligēda ſunt
ſm leges quas allegāt. hoc premiſſo dico qḋ Bar. in prio capite
qñ dicit qḋ ſi aliquis vult dicere aliquid eſſe factum in fraudem
nō pōt hoc facere. alleg. tex. in. d. l. filios. ꝛ i. d. l. cū ꝓfitearis. ꝛ in
d. l. ſi creditoribus que oīa iura loquunt qñ ↄtus erat validus
allegabat fraus ad fundādā intentionē. ꝛ hoc caſu oēs ſunt ↄcor
des vt dixi. Deīde ſcḋo loco dicit qḋ ſi aliquis vult dicere dona
tionē ficticiā nō tñ in fraudē alicuius priuati vel fiſci. ſed vt ſe de
fenderet a tyrāno vel alia iuſta cā ꝛ tūc pōt allegat. l. quāuis. ꝛ. l.
cū ꝓpriā in quib⁹ caſibus ↄtus valet pōt tñ allegari ſimulatio
qꝛ nō allegat fraus. ſed iſta intelligētia nō vł bona qꝛ licet Bar.
in ſcḋo caſu alleget iura in qb⁹ contractus valebat tñ allegat in
arg. qḋ pōt ſimulatio allegari qñ nō allegat ſimul cū fraude. qḋ
ptꝫ qꝛ Bar. dicit qḋ vēdēs ꝓt dicere vēditionē ficticiā. ficticia aūt
proprie dicit qñ in vitate nō eſt ſed eſſe fingit. d. l. imaginaria. ꝛ
d. l. nuda. ꝛ ſic loquit in vēditione nulla. ¶ Preterea ſi admittit
allegatio ſimulationis cōtractu exiſtēte valido fortius illo exiſtē
te nullo vt ptꝫ ex doctrinis ſupra allegatis. vñ loquit etiā in con
tractu exiſtēte nullo. ꝛ tamē vult qḋ ita demū poſſit ſimulatio ſi
nō ſit in fraudē alicuius priuati vel fiſci ꝛ ſecus vult quādo eſſet
in fraudē creditoꝝ ꝛ ſic vult caſum noſtruꝫ decidere. Vñ reperio
qꝛ ſubtiliſſ preceptor meus do. Are. in. d. conſilio. lxv. intelligit dí
ctum Barto. in. d. l. poſt contractū in. d. conſilio. Petrus nicole

quando venditor allegat fraudē ⁊ turpitudinem cōtra emptorē qui nō fuit particeps fraudis q2 tūc venditor nō pōt turpitudinem allegare cōtra tertiū nō participē. l. traſactione. C. de traſac. ⁊ no. do. Ant. de but. in. c. cum ſuper. de conceſ. preben.

¶ Sed ex iſta itelligētia ſequit̄ ꝙ ſi emptor eſſet particeps ſimulationis q2 cōueniſſet cū vēditore ꝙ 3ctus vēditionis fiende eſſet nullus ⁊ fictus tū nō eſſet particeps fraudis q2 ignoraſſet ꝙ vēditor faceret in fraudē creditorū tūc nō pōt talē fraudulētā venditionē ⁊ ſimulatā allegare qḋ tū an verū ſit nō diſcutio. ¶ Fortius aūt cōtra premiſſa3 cōcluſionē cōſulentū videt̄ facere q2 nō videt̄ eſſe licitū vēditori vel donatori allegare donationē vel vēditionē nullā tanꝗ factā in fraudē creditorū q2 regula videt̄ eſſe ꝙ quis nō auditur allegās fraudē ⁊ ſic turpitudinē ſuā per ea que ponit Bar. in. l. iuſiurandū qḋ ex 3uentione. §. ꝓcurator. ff. de iureiurā. Inſignis aūt doc. do. Pe. de anc. in. c. inter dilectos. de do

8 na. reprobās dicta Jo. an. ibi dicebat ꝙ †nō audit̄ quis allegans turpitudinē ſuā niſi re⁹ allegādo turpitudinē ſuā oſtēdat autorem actione carere q2 tūc audit̄ arg. c. ex tenore de cōceſ. pbē. ⁊ ſic videt̄ ꝙ vēditor allegādo nullitatem venditionis fraudulēter ex quo oſtendit emptorē actione carere ꝙ poſſit allegare. ſed Pet. de ancha. impugnat q2 nō ſubeſt equitas ꝙ iudex ſe interponat ad cōmodum doloſi. l. itaque fur. ff. de furtis. ⁊ hoc ſequit̄ Jo. de imo. recitando dicta Pe. de anch. qui ſequit̄ Bar. in. d. §. procuratorē. idē etiā ſequit̄ do. Abb. moder. per no. per Bar. in. d. §. procurator. vbi hoc ſequit̄ preceptor meus do. Alex. de imo. qui dō loquunt̄ etiā qñ 3ctus eſt nullus ⁊ oſtēdit venditorē actione carere. ⁊ tamen volūt ꝙ fraus allegari poſſit. ¶ Quibus omnibus viſis ⁊ cōſideratis puto omnia cōcordāda eſſe ſm diſtinctionem Bar. qui ponit opi. in terminis ⁊ decidit in. d. l. iuſiurādū. §. procurator. vbi ponit queſtionē qñ qs vēdit in fraudē fiſci poſtea volebat eā repetere dicens venditionē nullā ⁊ in fraudē factā dubitatur nunquid poſſit. reſpōdet Bar. ꝙ ſi quidē venditio a prin. 11 fuit vera ſed in fraudē facta ⁊ tūc nō pōt fraudē allegare per. d. l. ſilius. cū ſi. ſi vero venditio fuit imaginaria ⁊ ſimulata. ⁊ ego ago rei vēdicatione. tu opponis de venditiōe. ego replico de ſimulatione ⁊ fraude poſſum illā allegare ad coadiuuandam intentionem duobus cōcurrentibus. primū quādo tu emptor de fraude participaſti. ſecundum ſi tu tractas de lucro ego de damno. per id quod habetur in. l. viro atꝗ vxore. ff. ſolu. matri. ⁊ cū iſta diſtinctione trāſit Ange. ibi ⁊ ſequunt̄ cōmuniter Modēr. ⁊ dicit ibi do. Alex. qḋ melius videtur ibi loqui ꝙ alibi ⁊ ſequit̄ Pet. de ancha. ⁊ Imo. in. d. c. inter dilectos. de dona. ⁊ eſt cōmunis opi. ⁊ ſm dictā diſtinctionē debent intelligi dicta Bart. in. d. l. poſt cōtractum ⁊ aliorum doc. ſimpliciter dicentium qḋ qñ cōtract⁹ eſt null⁹ pōt ſimulatio allegari. nec mirum q2 pñt intelligi ꝙ dicūt illud idē q2 quādo cōtractus ſit ficticius ſimulatus in fraudē ⁊ nullus non pōt fieri niſi cōſentiente emptore vel donatario ⁊ ſic videtur participare de fraude. item ex quo ſit nullus ⁊ fictit⁹ nō interuenit vera ſolutio pretij in vēditione ⁊ ſic emptor tractaret de lucro ⁊ ita intelligi debet Bar. in. d. §. procurator. dum ponit exemplum de emptore. ita etiam intelligo dicta Jo. and. in addi tio. Spec. in tit. de dona. in ver. ita pone aliquis intendens. vbi vult primo quod excipiendo quis poſſit allegare turpitudinem ſuā cōtra participē fraudum arg. regule in pari. de reg. iur. lib. vi. ſecus ſi agendo. d. l. ſi creditoribus cum ſi. quod vltimum intelligi debet niſi coadiuuando ſm quod declarat Bart. in. d. §. procurator. ¶ Ex quibus in propoſito in caſu noſtro concludo ꝙ blāchus 3tra dominū Nicolaum excipiendo vel coadiuuādo intentionem poterat ſimulationem ⁊ fraudem allegare q2 cōcurrebāt requiſita a Bar. in. d. §. procurator. in primis q2 tractabat de lucro captando: itē fuit particeps fraudis. primū3 probatur quia pretendebat titulum donationis. ſecundum vero probatur quia ex quo erat filius cēſetur habuiſſe notitiam cauſe ſimulationis cōtractus geſti cū eo ſi hoc ex proceſſu non probaretur: ita voluit Areti. in. d. conſi. lxv. ad finē. arg. l. de tutela. cū ibi not. C. de in integ. reſti. ti. generali. ¶ Confirmatur iſta opi. nam ſuper eo de quo quis nō cēſetur informatus iuramentum non defertur vt tradit

9 Bar. in. l. admonendi. ff. de iureiur. †⁊ tamen ſuper factis patris filio iuramentum defertur vt eſt tex. in. c. j. in ſi. ſi inter domi. ⁊ vaſal. lis oriatur. ⁊ ibi glo. rationem aſſignat ꝙ pater ⁊ filius cēſentur eadē perſona ⁊ ibi no. Bal. ¶ Confirmatur hoc idem ex his que ponit Pet. de anc. in ſuo cōſi. mihi. clx. incip. principaliter cōtra iſtos legatarios ⁊c. vbi vult ꝙ preſumitur ſcientia geſtorū ratione coniunctionis per. d. l. de tutela. ⁊ hoc maxime ratione com

10 munis habitationis † qñ pater ⁊ filius ſimul habitāt ex qua cōmuni habitatione preſumitur ſcientia geſtorū ab altero iuxta id qḋ habetur in. d. l. conſenſu. C. de repu. ⁊ in. c. cōſtitutus. extra de teſtib⁹. ⁊ maxime geſtorꝫ p patrē cū ipſo filio maxime in caſu noſtro in quo apparet qḋ blāchus narrabat extraneis que per eū3 agēda erāt ⁊ cauſam. fortius eſt cenſendū ꝙ premiſſa narraret filio cū quo talia gerere debebat arguendo a cōmuniter accidētibus arg. l. necꝫ natales. cū ibi no. C. de probatio. ¶ Ex quibus cōcludit qḋ blāchus poterat cōtra dñm Nicolaū allegare ſimulationē ⁊ fraudē dicte donationis: nec ſibi obſtabat quod exceptionē ſimulatiōis renūciatū eſſet q2 renūciari nō pōt vt per Bar. ⁊ doc.

11 i. d. l. nemo poteſt. ff. de le. j. ¶ †Nō ob obſtat ēt iuramētū q2 eo nō obſtāte cōtractus ſimulat⁹ allegari pōt vt voluit gl. quā ſequunt̄ Ang. Bal. ⁊ Saly. in. d. l. emptione. C. plus valere qḋ agitur ⁊ tenet Jo. de imo. in. d. l. nemo pōt. ⁊ in. c. cū cōtingat. in. viij. memo bo extra de iureiur. ⁊ Imo. in. c. ad noſtram. de empt. ⁊ vendi. ⁊ maxime q2 iam blanchus amiſſus fuit ad probandum quo caſu ēt ſi eſſet adiūctū qḋ iuraſſet omnia ⁊ ſingula vera eſſe non obſtaret ſm Bal. ⁊ ſaly. in. l. ſi. C. de nō numera. pecu. ⁊ do. Abb. late tradit in ſua diſputatiōe q̄ incip. ſtāte ſtatuto ciuitatis ſenarum ⁊ in. d. c. cū 3tingat. cū concor. allegatis per do. Alexan. in. d. l. nemo poteſt. ¶ Circa. v. q. an poſito qḋ blāchus poſſet ſimulationē allegare cōtra dñm Nicolaū poſſit illā allegare cōtra ceſſionariū ex ti. oneroſo venditionis ⁊ qui nō participauit de fraude in qua duo videbātur difficultatē facere. ¶ Primū eſt q2 non videtur qḋ quis poſſit ſimulationem ⁊ fraudē allegare excipiēdo vel coadiuuādo intentionē. ita cōcludit Bar. ⁊ doc. ſequuntur in. d. l. iuriſiurādū. §. procurator. ⁊ tenēt doc. in locis ſupra alleg. ⁊ etiā do. Abb. in. c. cum ſuper de conceſ. preben. ſed in caſu noſtro nedū ꝙ ambo concurrāt ſed nullū ipſorū 3currere videtur cū habeat ex cauſa oneroſa ⁊ nō probet̄ qḋ de fraude participauerit. ¶ Secundū qḋ facit difficultatē eſt q2 l3 talis exceptio obſtaret cedēti tñ nō videt̄ obſtare ceſſionario ex cauſa oneroſa vt videt̄ caſus in l. apud celſum. §. l3 cū legitima ⁊ in. §. de autoris. vbi per Bart. ff. de do. excep. ⁊ audio qḋ propter iſta lata fuit ſententia cōtra blāchū mihi in curia ſeculari in fauorē ceſſionarij agētis. ¶ S3 per

11 eat mihi reuerentia illi⁹ dñi iudicātis ipſe multū ſupine errauit nā primū fundamētū perderet qñ ille i quē primo facta ⁎ fuiſſet alienatio pretēderet cauſam oneroſam ⁊ nō lucratiuā vel ſi lucratiuā non participaſſet de fraude ⁊ hoc caſu loquitur Bar. in. d. l. iuſiurādum. §. procurator. ⁊ omnes ſequentes illā doctrinā. ſec⁹ aūt quādo ille in quē facta fuit alienatio habebat cauſam lucratiuā ⁊ pticipauit de fraude q2 tūc alienatio pōt dici fraudulenta ſimulata ⁊ nulla ⁊ ſic actio in perſone ſua erat iā effecta ⁊ ita trāſit etiā affecta in ceſſionariū ex cā oneroſa ⁊ qui nō pticipauit de fraude q2 talis exceptio qḋ actio ⁊ alienatio eſſet ſimulate rei coherentes trāſeunt in ceſſionariū etiā ex cauſa oneroſa q2 reſpicit obligationē ⁊ nō perſonā ita voluit Bal. clare in. l. qui ſtipēdia.

12 C. de procura. vbi vult ꝙ †ſi exceptio hāni afficit̄ etiā obligatiōē opponitur ceſſionario etiā ex cā oneroſa ⁊ pbat̄ hoc idē ex his q̄ notāt Dy. ⁊ Bart. in. l. doli clauſula. §. diuerſum. ff. de nouat. vbi Bar. 3cludit expreſſe qḋ exceptio coherēs rei ideſt obligatiōi obſtat ſemper ceſſionario ex cauſa oneroſa l3 in eo cui facta eſt delegatio ſic maius dubiū ⁊ per iſtas duas doctrinas ita cōſuluit inſignis preceptor meus domi. Areti. in ſuo cōſi. xcvi. incip. in preſenti conſultatione paucis dicar. in quarto dubio. ¶ Infero ergo in propoſito quod cum exceptio ſimulationis fraudis quā blāchus poterat opponere 3tra dñm clericū nō afficeret neꝗ reſpiceret perſonā ſed obligationē talis obligatio ita affecta trāſiuit in emptorē ⁊ ſic eadē exceptio ſibi opponi pōt que cedenti opponi poterat. ⁊ hoc decidit in terminis Angel. in. d. l. apud celſum. §. ſed cum legitimo. vbi dicit qḋ vbicunꝗ dol⁹ 3miſſus eſt in actionis acquiſitione cuicunꝗ ſucceſſori ea vtenti obſtat exceptio. allegat text. in eadē. l. §. ſi quis cū tutor. elegāter ad propoſitū loquit̄ do. Pau. de ca. qui idē vult in. l. ſed iulianus. §. nō ſolū. ff. ad ma

13 cedo. † qñ l3 ceſſionario nō noceat cū ipſe nō fuerit alicuius fraudis particeps: tñ nocet ſibi fraus autoris que interuenit a princ. in acquiſitione actionis ideo trāſit affecta. ⁊ tenet Bald. in. l. arbitro. §. ſi ſeruum. ff. de dolo. quod aut nō habet actionem cedēs vel eſt eliſa ⁊ nihil operatur ceſſio. d. §. ſed cum legitima aut cedētis nō intereſt ſed ceſſionarij operatur. l. fin. C. de iure do. ⁊ ibi not. ⁊ hoc idem voluit Bald. in. l. iij. §. ſi filius. ff. qḋ quiſꝗ iur. ſed latius ⁊ elegātius in propoſito loquitur Bald. in ſua ſolenni diſputatione que incipit ſtatuto cauetur qḋ fenerator. cui⁹ dicta refert ⁊ ſequit̄ inſignis doctor dñs Nellus de ſancto Gemi. in ſuo tractatu bānito. in prima pte ſcdi tēporis. q. lxiiij. †⁊ cōcludit ꝙ aliqñ

14 primo iniquitas ineſt actiōi ⁊ agenti. Aliquādo ⁊ ſcdo ineſt agēti ⁊ nō actioni. Aliqñ ⁊ tertio neutri ineſt. primo caſū ponit exēplū qñ induxit aliquē p dolū qḋ ſibi promitteret ⁊ tunc nulla facta diſtinctione dicit ceſſionariū repelli q2 actio eſt eliſa ⁊ ſemel reo eſt queſita exceptio. ideo nō pōt ab eo auferri. l. ſi. ff. de pac. exceptio ergo doli 3miſſa circa actionē ceſſam obſtat ceſſionario. l. in his. §. non debeo. ⁊ l. quod ipſas. ff. de reg. iur. quod tamē intelligē verū qñ actio eſt inſerta propter dolū proximū ⁊ immediatū ſecus ſi eſſet vitium in quodā preambulo exemplum dolo induxi ſcriptū heredē ad repudiandū hereditatem quam ego ab inteſtato adiui

¶ Simulatio q̄ allegari poteſt per alienātem 3ctum in quē eſt facta alienatio an poſſit allegari cōtra ceſſionariū hñtem ius ab eo in quē facta fuit primo alienatio.

to ndīui ⁊ ceſſi actionē hereditariā in qua nullū erat vitiū: tamē
obſtat ceſſionario. d. §. ſʒ cū legitima. vbi idē tenet Raph. cuma.
¶ Scd'o caſu qñ ineſt agenti ⁊ nō actioni: vt in bānito ⁊ excōica
to dicendū eſt vt per eos in dictis locis qui late examināt nō re-
fero q2 nō ſunt ad propoſitū. cū ergo in caſu noſtro dñs Nicola⁹
participauerit de fraude ⁊ ſic fuerit in dolo lʒ etiā biancbus fue
rit in dolo in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis dicta re-
gula in pari talis obligatio ⁊ actio fuerunt affecte vicio repre-
ſentāte rem ⁊ perſonā. iō dʒ exceptio ceſſionario nocere. ⁊ de ma-
teria etiā late in. c. ñ. de iurepatro. lib. vj. ¶ Ex quibus manifeſte
pʒ ſolutio ad no. in. d. §. ſʒ cū legitima. q2 loquitur qñ exceptio cō
cernit perſonā cedētis actionē vt in bānito ⁊ excōicato ſecus quā
do exceptio pcedit ex vitio qd' fuit in actione querenda put fuit
in caſu noſtro ex quo dñs Nicolaus in actione querenda fuit in
dolo ⁊ de actione participauit q2 tunc exceptio que obſtat cedēti
obſtat ceſſionario ēt ex cā onerosa. ita voluit gl. no. q̄ doc. ſequū-
tur in. d. l. apud celſum. §. ſed cū legitima. ff. de doli excep. in gloſſ.
in ver. exceptiōeʒ ibi. ſʒ vbi me induxiſti dolo. quā ad hoc dicit no.
Raph. cu. ibi dicens qd' per predicta Bart. ſaluat opi. Dy. in. c. ſi
quis in ius de reg. iu. in. vj. ⁊ in. l. doli clauſula. ff. de nona. dicen-
14 tes † q̄ exceptio bāni vel excōicationis q̄ obſtabat cedēti nō ob-
ſtat ceſſionario ex cā onerosa. ſec⁹ ex cā lucratiua vt. d. §. de auto-
ris. nā dicit Bar. qd' lʒ ceſſionari⁹ veniat ex eo iure qd' erat in per
ſona cedētis: tñ q2 exceptio nō venit ex vitio reſpiciēte natiuita-
tē obligatiōis ⁊ actionis ſed pueniti rōne pſone q2 pſona erat ex-
cōicata vel bānita que nō dʒ audiri iō cū pueniat ex vitio extrin
ſeco nō dʒ nocere ceſſionario. ſecus ſm glo. qñ exceptio prouenit
ex vitio reſpiciēte natiuitatē actiōis ⁊ obligatiōis q2 tūc obſtat
etiā ſi exceptio ſiat ex cā onerosa. vnde Bar. ibi decidit p iſta par
te ex quo vitiū ſimulationis ⁊ fraudis reſpicit natiuitatem obli-
gationis ⁊ actionis orte in perſona dñi Nicolai donatarij ⁊ ſiliſ
biācbi. Ex qbus cōcludit qd' cōtra ceſſionariū allegari pōt nulli
tas ⁊ fraus. ¶ Circa. vj. q. videbat dicēdū qd' propter ſnīaʒ in cu-
ria ſeculari obſtaret exceptio rei iudicate. nā i curia ſeculari reie-
cta fuit exceptio nullitatis ⁊ ſimulatiōis de qua diſputatur nūc.
⁊ ſic eſt identitas rei. Item diſputat de nullitate ⁊ ſimulatiōe ex
eadē cā qua diſputatū fuit. itē eſt identitas perſonarum. ſed quā
do iſta tria cōcurrūt videtur obſtare exceptio rei iudicate. iſtam
regulā tradit tex. in. l. cū querit. cū ſe. ff. de excep. rei iu. ¶ Nec ob.
qd' talis exceptio nullitatis ⁊ ſimulatiōis fuerit oppoſita p viaʒ
exceptiōis ⁊ reiecta q2 ex quo ſup ea fuit plene cognitū nō videt
qd' per viā principalis petitiōis amplius cognoſci poſſit per ea
que ponit Bar. ⁊ ſequuntur doc. in. l. ſinaūt. §. ſi. ff. d nego. geſt. ⁊
Bar. in. l. j. C. de ordi. iud. traditur in. l. qd' in diē. §. ſi rationem. ff.
de cōpen. ¶ Sed premiſſis nō obſtātibus cōtraria ſnīa eſt proba
bilior qd' imo dicto biācbo nō ob. exceptio rei iudica. nā ī alio iu
dicio corā iudice ſeculari erat q̄ſtio ſuper re donata domino Ni
colao ⁊ vendita. ⁊ venditor agebat ad ipſam rem tradendā. biā-
cbus aūt excipiendo dicebat cōtractū ſimulatū ⁊ nullum ad ſinē
⁊ effectū vt ſe liberaret a rei traditione. impreſentiarū autē dicit
cōtractū nullū ⁊ ſimulatū ex eo q2 res vēdita euincit vt ſe liberet
ab actione ⁊ euictione qua tenetur re euicta. ⁊ ſic ad diuerſum ſi-
nē quo caſu qñ agitur ad diuerſum ſinē id qd' excipiēdo eſt repro
batum agēdo deduci poteſt. caſus eſt in. l. vendicātem. ff. de euic.
cū. l. ſeq. ſʒ q2 poſſet in hac difficultate argui vtriqʒ ad ptes omiſ
ſis argumentationibus ſequēdo cōmunes cōcluſiōes in ppoſito
noſtro cōſidero qd' aliqñ ⁊ primo aliqd eſt deductū per viā exce-
ptiōis qd' agēdo ⁊ per viā actiōis deduci poteſt exemplū in exce-
ptione pacti de nō petendo ſolutū ⁊ tunc ſi per ſententiam lataʒ
ſuper principali talis exceptio eſt reprobata. ⁊ tūc nō pōt ampli⁹
illud deducere neqʒ per viā agēdi q2 nō cōpetit neqʒ excipiēdi q2
exceptio fuit reprobata. ⁊ ita pcedit tex. ⁊ qd' ibi per Cy. ⁊ doc. in
15 l. perēptorias. C. ſententiam reſcindi nō poſ. † Aliquando ⁊ ſecū
do illud qd' eſt deductū per viā exceptionis deduci pōt per viam
actionis prout eſt caſus noſter q2 opponi potuit de nullitate cō-
tract⁹ ⁊ dici pōt per viā principalis petitiōis cōtract⁹ null⁹ vt de
clarat late ⁊ no. Bar. in. l. que ſub cōditione. §. ſin. ff. de cōdi. inſti-
tut. ⁊ hoc ſcd'o caſu diſtinguēdū eſt qd' aliqñ ⁊ prīo exceptio fuit
oppoſita ad vnū ſinē reprobata mediāte pronūciatione ſup cau
ſa principali. ⁊ id qd' p viā excipiēdi oppoſitū fuit ad vnū ſinē ⁊
reprobatū nūc ad eūdē ſinē deducit p viā principalis petitiōis. ⁊
in primo iudicio fuit plene cognitū. Aliqñ ⁊ ſcd'o qd' deductū eſt
in exceptiōe ad vnū ſinē cū cauſe cognitiōe reprobatū vt dixi me-
diāte nūciatione ſup cauſa principali deducit nūc per viā princi
palis ad aliū ſinē. ¶ Primo caſu pricipali aut id de quo exceptū
fuit nō pōt eſſe verū neqʒ per ſe ſtare quin nō cōtrarietur ſentētie
late ſup cā principali ⁊ hoc caſu per ſententiā latā ſup principali
petitiōe reiecta cenſetur tacite exceptio appoſita nec pōt ampli⁹
ad eundē ſinē per viā principalis petitiōis cognoſci vt habet l. i.
j. C. ſi aduer. rem iudi. ⁊ no. Bar. ⁊ doc. in. l. j. C. de ordi. iud. gratia

exēpli ſi oppoſita fuit compenſatio de debito probato ⁊ liquido
⁊ lata fuit ſnīa cōtraria certe ſnīa nō pōt ſtare niſi reprobata ex-
ceptiōe cōpēſatiōis. tradit ēt Bar. in. l. ſinaūt. §. ſi. ff. de nego. geſt.
Aut veritas exceptiōis ſtare pōt ita qd' nō cōtrariet ſententie. ⁊
tūc iterū deduci pōt per viā principalis petitionis ad eundē ſi-
nē q2 nō cenſet reprobata. ⁊ hic eſt caſus ⁊ ibi oēs i. d. l. ſinaūt. §.
ſi. qñ fuit oppoſita cōpēſatio d debito nō liquido q2 ſtat hoc qd'
debitū ſit verū ⁊ tñ cōpēſatio nō fuerit admiſſa q2 debitū nō erat
liquidū. tradit ētiā in. l. qd' ſi in diē. §. ſi rōnē. ff. de cōpen. ¶ Infe-
rēdo ergo pmiſſa in ppoſito lʒ nō obſtante exceptiōe nullitatis
cōtractus ſimulatiōis ⁊ fraudis fuerit cōtrariū pronūciatū con
tra donatorē ad rei traditionē tñ ſtat qd' cōtenta in exceptiōe fue
rint vera ⁊ tñ iudici nō fuerit viſuʒ quod fuerint legitime pba-
ta ⁊ maxime q2 in dubio ſnīa cenſetur lata q2 non probatū put
voluit Bar. in. l. iulianus verū debitorē. ff. de cōdi. inde. ⁊ p Bar.
in. l. ñ. §. hoc edicto. ff. vi bo. rap. quo caſu, quod fuit deductū per
viā exceptiōis deduci pōt per viā principalis petitiōis. vt tra di
tur in. d. l. ſinautem. §. ſin. ⁊ in. d. l. j. C. de or. iud. ¶ Secundo caſu
principali qñ id qd' eſt deductū p viā exceptionis ad vnuʒ ſinem
quo nō obſtāte lata fuit ſnīa per quā exceptio cenſetur reproba
ta deducitur p viā principalis petitionis ad aliū ſinē. ⁊ hoc caſu
lʒ veritas exceptiōis ſtare nō poſſit quin cōtrariet ſnīe: tñ q2 nūc
deducit p viā petitiōis ad aliū ſinē: tñ nō ob. exceptio rei iud. ca-
ſus eſt clarus in. l. vindicantē. cum ſeq. ⁊ ibi Bar. ff. de euic. ⁊ not.
Bart. in. l. q roma. §. duo fratres. ff. de ver. ob. in. v. oppo. ⁊ hic eſt
caſus noſter. nā vt in pri. dixi prīo fuit oppoſita exceptio nullita-
tis ⁊ ſimulatiōis ad ſinē vt nō teneret ad traditionē rei ex cōtra-
ctu donationis impreſentiarū hoc deducit p viā petitiōis ad ſi-
nē vt nō teneat ad defenſionē ⁊ de euictiōe ⁊ ſic ad alium ⁊ diuer
ſum ſineʒ quo caſu, licet exceptio fuerit per ſnīam tacite reiecta
pōt illud deduci per viā principalis petitionis vt dicit Bart. in
d. §. duo fratres in. v. oppoſitio. in ſin. ⁊ Bartol. in. d. l. ſinautem.
§. ſi. vbi Bal. breuiter ⁊ no. dicit qd' aliquando varietur modus
⁊ nō ſinis. ⁊ ob. exceptio rei iud. vt traditur l. d. §. ſi. Aliqñ varia-
tur modus ⁊ ſinis. ⁊ tūc nō ob. exceptio. d. l. vēdicantē. ⁊ traditur
in. d. §. duo fratres. ita ēt tenet Pet. ⁊ Albe. de roſa. in. l. pen. ff. de
his q ſui ſūt vel alie. iur. ita ēt ⁊ oo. Pau. de ca. in. d. l. j. C. de ordi.
iud. ⁊ do. Abb. Moder. in. c. cū dilect⁹ de ordi. cogni. in. ⁊. colū. in
formis nouiſſimis in v̄. quero pone qd' qs ſuccūbat ⁊c. vbi que-
rit ſi aliqs ſuccūbit in exceptione ſpoliatiōis poſſit directo age-
re ex tali ſpoliatione ⁊ reſtitutionē petere principalr: nō obſtan-
te exceptiōe rei iudi. glo. ibi in vltima qōne concludit qd' ex quo
agit ad aliū ſinē nō ob. exceptio rei iudi. ⁊ dicit Abb. qd' docto.
16 hoc cōiter tenēt pp variū modū agēdi † ex qb⁹ cōcludit q̄ in caſu
n noſtro ex quo agit ad aliū ſinē nō ob. exceptio rei iudica. ¶ Cir-
ca ſeptimā ⁊ vltimā qōnē difficultatē facere videbant qd' lʒ bian
cbus excipiēdo debuiſſet admitti ad allegandum ſimulationem
⁊ fraudē vt probatū eſt in quarta difficultate: tñ nō videt qd' ad
mitti debeat agendo p no. in. d. l. iuriſiurādū. §. pcurator. ff. de in
rem. ⁊ ā dictū fuit ſed hoc nō obſtāte contrariū eſt verius in pri
mis q2 lʒ biancbus agat tamē ipſe naturaliter in hoc iudicio ē
reus ex q̄ vult q̄ declaret qd' nō teneat ad defenſionem nec de eui
ctione. vñ iudicandū eſt de eo vt de reo q2 attendi dʒ cauſe natu-
ralis origo nōqd accidēt aliter cōtingit. l. q hʒ. ff. de tute. ita dicit
do. Abb. in. c. ſi quis cōtra clericū. in. j. no. extra de foro cōpet. vbi
ad hoc plura adducit in ppoſito. ſed reus pōt hoc facere vt pro
batū eſt. igit ⁊ biancbus in hoc iudicio qui non actor: ſed re⁹ eſt
iudicandus. ¶ Preterea hoc idem clare probatur. nā vt inquit
not. Bald. in. l. ſuus heres. C. de repu. heredit. inter alios modos
quibus pōt dici de nullitate actus dicit qd' pōt dici p viam repli
cationis. itē pōt qs petere qd' cōſequi intēdit. ⁊ in eodem libello
dicere actū nullū q obſtaret ſue petitioni. vnde poteſt quis agere
petitione hereditatis ab inteſtato ⁊ ſi excipiat de teſtamento po
teſt replicare qd' eſt nullū ⁊ agere petitione hereditatis quo ca-
ſu nō vr fieri cumulatio petitionis nullitatis ſed iuſtificatio cō-
cluſionis in petitione hereditatis. ita in caſu noſtro hic petit de
clarari nō teneri de euictiōe nec ad defenſionē ⁊ dicitur cōtractū
nullum ⁊ ſimulatū non cumulando ſed iuſtificando cōcluſionē
ſuā put ēt in ſimili declarat Bald. in. l. ñ. C. de reſcin. ven. ⁊ in. l. ex
empto. §. ſi qs virginē. ff de acti. emp. vñ ſufficit doctrina Bald.
in. d. l. iuriſiurādū. §. pcurator. ff. de iureiur. volentis ad cōdēnan-
dam intentionē poſſe quis allegare turpitudinem ſuam prout
eſt in caſu noſtro. ⁊ in hoc Barto. magis cōmuniter approbatur.
¶ Ex quibus ſoluta eſt iſta ſeptima ⁊ vltima qd'. Laus deo.
¶ Ut ſupra per me cōcluſum eſt arbitror iuris eſſe ego Bartho
lomeus Socinus Senen. J. U. Doc. ⁊ in fidem ⁊c.

¶ Caſus ſuper quo cōſiliū petitur talis eſt. A. B. C. D. E. ſocie-
tatem cōtraxerant ⁊ cōuenerūt pro eoꝝ capitali ponere ſlorenos
4000. de ſigillo hoc, mō q̄. A. poneret. 1500. B. 1000. C. 1000.

a ¶ Qui ſuccū-
bit i exceptio-
ne ſpoliatio-
nis pōt itera-
to agere prin-
cipaliter ex ta-
li ſpoliatiōe ⁊
non obſtabit
exceptio rei
iudica.

D.ſoo.E.pro operā q̄bȝ trafficū ⁊ apothecā artis ſirici exercere cū perſona ſua cū certis pactis ⁊ cõditionib⁹ de q̄bus in ſcriptis ⁊ inter alia ꝙ dictus.E.habere deberet ſolidos quatuor.ex.xx.lucri.alij aūt partes ſm quātitatē capitalis inter alios ſocios fuerūt diſtribute ⁊ in fine capituli diuiſiõis lucri ponunt̄ infraſcripta vba formalia.⁊ coſi de vāni ſendoci che idio guardi fanno a partire ala venāte ciaſchuno como de ſopra.Dictū q̄ etiā fuit inter dictas partes ꝙ finita ſocietate immittentes pecuniā pri⁹ eorū capitale extraherēt ſi reperiret̄ deinde lucrū vt.ſ. diuiderēt preſupponit̄ etiā ꝙ dictus.E.retroactis tēporibus habuerit p ſalario ſue opere ⁊ induſtrie florenos.150.ſingulis annis.ꝯtingit ꝙ finita ſocietate capitale fuit amiſſuȝ ſed nō facto dicti.E.qui apparet ex cõputo apothece ꝙ dict⁹.E.multo plus lucrabat̄ ꝙ̄ eſſet merces.150.florenos.nā aliq̄n̄do lucrabat̄ inter ducētos ⁊ trecētos florenos.⁊ ſic ad rationē viginti pro cētenario vſq̄ȝ.xxx. ſȝ amiſſio venit ꝑpter drapos creditos in alijs locis per alios ſocios habentes mandatum etiam a dicto.E.queritur nunquid dictus.E.participare debeat de damno capitalis.

¶ Conſilium.cclxv.

1 ¶ Sociorum vnus ſi tantum immittat operam pro qua percipit certam partem lucri:an amiſſo capitali teneatur ad aliquam partem damni ⁊ numero.2.

3 Societas in qua ille qui ponit tantum operam ſuſtinet periculum amiſſionis totius capitalis eſt iniuſta.

4 Pactum inter ſocios initum quod qui immittit tantum operam pro ea parte qua ſuſtinet lucrum pro eadem ſuſtineat damnum an teneat.

5 Opera an equiualeat interuſurio pecunie an vero capitali in contractu ſocietatis.

6 Nummi ad quid inuenti ſint.

7 Pactum inter ſocios initum ꝙ immittens tantum operas teneatur ad dimidiam capitalis amiſſi eſt iniuſtum.

8 Induſtria ſocij an ſit minus eſtimāda in ſocietate ꝙ̄ pecunia.

9 Pactum celebratum inter ſocios ꝙ immittens operam etiam ad amiſſionem capitalis licet iniuſtum:an teneat.

10 Pactum ita intelligi debet ne contineat iniuſtum.

a ¶ Ad Bal.in l.ſi patru⁹.C. cõia vtriuſ.iu diciſ.

Dominus labia mea aperiat ⁊ ſpiritus ſanctus illuminet intellectū.Preſentis conſultatiõis inueſtigatio pulchra eſt ⁊ ſubtilis quare pro eius veritatis inueſtigatione tria ſunt diſcutiēda.¶ Primū eſt ſi nullū fuiſſet pactū appoſitū ſuper dāno capitalis an dictus.E.qui participabat de quinta parte lucri participaſſet de aliqua parte dāni.¶ Scōm nūq̄d licitū ſit pactū in ſocietate ⁊ q̄ſi ꝙ ille qui mittit opas teneat̄ ad periculū tot⁹ capitalis vel ad minus p ea parte pro qua ꝑticipat de lucro.¶ Tertiū ⁊ vltimū erit quid iuris in caſu noſtro ſtante cõuentiõe de qua in ſcriptura an.E.teneat̄ ad aliquā partē capitalis amiſſi.¶ Circa primā difficultatē q̄ſtio nō eſt noua ſed deſcuſſa p gloſſatores ⁊ doc. in ea plurimū variātes in qua tñ gl.iuris ciuilis firmauit pedes ꝙ periculū amiſſionis capitalis in toto ſit ipſius immittentis ⁊

1 ꝙ ille qui operā immittit nullū ſentiat damnū capitalis q̄ſi ille qui capitale immittit nō dicat illud effectualiter ita ꝙ finita ſocietate ſi reperiat̄ diuidi debeat cū eo qui operā poſuit ſed vult illū precipuū extrahere put eſt caſus noſter.ita ꝯcludit gl.in.l.ſi nō fuerint.§.i.in ver.ſolus.ff.pro ſo.⁊ gl.in.l.i.C pro ſocio.quā ſequitur ibi clare bar.q dicit totā illā gl.no.Ang.⁊ Paul.de ca.⁊ idē ſequit̄ ibi Bal.licet quidā vt mihi vr̄ minus bū intelligētes allegāt Bal.in ꝯtrium ratio gl.eſt q̄ regula naturalis eſt ꝙ quaten⁹ quis lucrū ſentit caten⁹ de dāno participare dȝ.l.manifeſtiſſimi. §.ſed cū in ſcda.C.de fur.ibi.vbi eſt piculū ibi ⁊ lucrū ⁊c.ſed operam ponēs nihil de capitali lucrat̄.igit̄ nullū damnū ſentire dȝ. vñ bal.recitata iſta opi.gl.pro pria opi.⁊ poſtea recitata iſta opi. Jaco.de are.dicit ꝙ quatenus eſt cõe lucrū eatenus damnū eſt cõmune.⁊ ſubdit ⁊ ideo teneo ꝑmā opi.igit̄ tenet opi.gl.⁊ nū ſubdit quatenus eſt cõe lucrū ⁊c.loquit̄ nō de lucro ſupra capitale ſȝ de lucro capitalis.⁊ iſtam opi.ſequutus eſt etiā Odofre.in.d.l.i. ¶ Sed Bar.de Saly.qui contrariū tenuit in.d.l.i.poſt Oldra.⁊ Ricar.malū.dicit ꝙ ratio eſt ꝙ ꝑpter capitale lucrū ſperare potuit quā rationē ponderare videt̄ tex.in.l.cū duobus.§.quidā ſagariam.ff.pro ſo.ex quo infert qȝ tex.in.§.de illo inſti.pro ſo.⁊ ſimilia iura que dicūt qȝ ſepe opera alicuius pro pecunia valet intelligi debent nō reſpectu ſortis ſed reſpectu cõmodi ⁊ interuſurij medij tēporis ⁊ ſic pretiū opere eſt cõmodū interuſuriū ipſius pecunie nō aūt ipſa ſors qȝ dicit menti tenendum ⁊ probatur ſcdȝ moder.nā opere hominis dicunt̄ fructus hominis.l.in hominis vſufructu.⁊.l.fruct⁹ hominis.ff.de ope.ſeruo.¶ Preterea abſurdum videret̄ ꝙ ſi vnus mille immitteret ⁊ alter operas qui p ſalario habuiſſet quinquaginta qȝ illa.1000.correſpondeant illis.ſed cõuentētes videt̄ qȝ ſicut alter lucrū pecunie cõmunicat ita aliqȝ lucrū operat̄ ſi fructus opere lucro aſcribant̄ argu.l.coire. ⁊.l.queſtus.⁊.l.ſi nō adñciat̄.ff.pro ſo.¶ Sed iſta dicta in quib⁹ totū pondus cõſiſtit nō ſunt vera ſimplr̄ ⁊ abſolute.¶ Primuȝ dictū Bar.de ſaly.qȝ ratio eſt ꝙ ꝑpter capitale potuit lucrū ſperare nullo mō plȝ q̄ nō ē verū qȝ ſimplr̄ mediāte capitali ſȝ mediāte capitali ⁊ opera ⁊ induſtria ſua vt tradit̄ plene per gloſſ. Bar.⁊ doc.in.l.cū oportet in prin.C.de bo.que lib.⁊ ſi alter intellexit ſaly.male intellexit vt clarius oſtendet̄ in fin.in.ij.q.princi.ſi hoc modo tūc dico qȝ ſicut immittēs operas pati debet damnū capitalis q̄ ſperabat lucrum capitalis ⁊ operarū ita pari ratiõe qui pecuniā immittit pati dȝ dānū operarū ex quo lucrū ſperat ex pecunia ⁊ opera alteri⁹.vnde q̄ſi ſunt equaliter eſtimate q̄ vt dicit tex.l.d.§.de illo.ſepe opera pro pecunia valet eſt notādū qȝ pro pecunia nō pro interuſurio pecunie ſequit̄ qȝ ille q operas immittit nō debet aliqȝ dānū capitalis in effectu pati.¶ Secūdū etiā dictū nō eſt ſimpliciter verū nā etiā opera hoīs pōt nō ſolum correſpondere interuſurio pecunie.ſed etiā pecunie poſite p capitali prout eſt caſus rotundus in.l.ſi non fuerint.ff.pro ſo.in §.i.vbi iuriſconſultus vult pactum valere qȝ ille qui pecuniam immittit patiat̄ damnū capitalis in totū.ſi mō tanti ſit opera eſtimāda quāti dānū capitalis.⁊ ſic clare vult qȝ pditio operarū ſit equalis perditioni capitalis.⁊ hoc eſt qȝ voluit tex.in.d.§.de illo vnde bene ſuccedit tūc ratio gl.qȝ ex quo nihil de capitali lucrari debet nil etiā pdere ex quo etiā capitale damnū capitali parit. ¶ Sed iterū cõtra glo.inſurgit do.Raph.ful.in.d.l.i.C.pro ſo.⁊ in.d.l.ſi nō fuerint.dicit enim primo qȝ cõtra gl.videt̄ tex.in.d.§. quidā ſagariā.vbi qui perdit pecuniā ꝑpriā occaſione ſocietatis pōt a ſocio petere vt reficiat partē dāni illius pecunie.⁊ tñ vſus tātū pecunie fuit cõicatus ⁊ nō ipſa pecunia ⁊ ſubdit tex.ratione q̄ alter ſocius pecuniā lucrari poterat.¶ Sed ad hoc ulcēdū eſt qȝ.d.§.qdā ſagariā.qui fuit Ja.de are.nō pbat ſm ſaly.q̄ loquit̄ quādo vterq̄ȝ ponit operam ⁊ pecuniā qȝ patet ex duobus. ¶ Primo q̄ dicit qȝ is qui operā preſtabat ⁊ ad ſagariā emendā accedebat ſuā pecuniā perdidit.vnde ex illo verbo ſuaȝ datur intelligi qȝ alter etiā ſuam poſuerat.¶ Scdo ⁊ clare q̄ ſi is qui operā preſtabat pecuniā poſuerat apparet qȝ etiā ali⁹ pecuniā poſuerat vel ponere debebat.ar.l.cū de indebito.ff.de proba.non ergo mirū ſi damnū erat cõe ⁊ ad rationē decidendi quam ſupra ponderabat Bar.de Saly.clare r̄ndeo qȝ illa lex non meruit in propoſito allegari q̄ nō loquit̄ de capitali ſed de pecunia ꝑpria vnius ex ſocijs que periit occaſione ſocietatis.vnde ſuccedit regula quod etiā alter ſocius pati debeat damnū amiſſiõis:tū q̄ periit occaſione ſocietatis.tū q̄ lucrū poterat cõſequi.d.§.ſed cum in ſcda.vnde ibi eſt caſus diuerſus q̄ reſpectu pecunie ꝑprie alteri⁹ ſocij nō poterat alter aliquid pdere ſeu nō pdiderat qȝ correſponderet perditioni illius pecunie ſicut in caſu nr̄o nimirū ſi periculum eſt cõe vtriuſq̄ȝ.¶ Ex quibus pȝ ſolutio ad ſecundū fundamētū do.Raph.fulg.dum dicit qȝ tunc damnū eſt ſolius immittētis q̄ſi id actum eſt vt pbat tex.in.d.l.ſi nō fuerint.§.i.igitur ſi nō eſt actū eſt cõe q̄ tex.nō fundat ſe in eo quia nominatim actū ſit imo vult qȝ hoc pactū vbi tāti ſit eſtimāda amiſſio operarū alteri⁹ ſocij ꝙ̄ti eſt dānū capitalis.ratio ergo decidēdi oſtēdit qȝ ſi tāti eſt opera eſtimāda dānū eſt equale ſi immittēs pdat totum capitale.igit̄ ſi actū nō fuerit idē eſt dicēdū:tū q̄ inter ſocios equalitas dāni ⁊ lucri ſeruāda ſit vbi ⁊ in.d.§.de illo.⁊ in.l.verū. co.ti.cū ſi.¶ Infert̄ etiā ex premiſſis qȝ male loquutus eſt Bal. in.l.ſi patruus.C.cõia vtriuſq̄ȝ iud.vbi dicit qȝ opera eſt effecta cõmunis ſi ergo perdit̄ nihil perdit̄ qȝ nō ſit cõe.⁊ ita ſi pdit̄ capitale.vñ amiſſio capitalis eſt cõis ⁊ eius pars eſt repetibilis vt habetur in.l.ſi nō ſortē.§.libertus.ff.de cõdi.inde.Quia lȝ opera non ſit repetibilis tñ eſt eſtimabilis eſtimatione correſpōdenti capitali ſeu eius eſtimationi qua mediāte q̄ dāna ſunt hincinde equalia pōt ille qui operas amiſit exceptione ſe tueri cõpēſatiõis dānorū per.d.l.ſi nō fuerint.nā ⁊ illa que peti nō poſſunt in cõpēſatione deduci poſſunt vt in.l.etiam.ff.de cõpen.⁊ tradit̄ in.l.ſi.C. eo.ti.¶ Tertio loco dicit do.Raph.ful.in.d.l.i.ꝯ gloſſ.aut is qui opas imittit nō morit̄ ⁊ tūc opas nō amittit qui opari pōt q̄ nō amittit capitale oparū aut morit̄ ⁊ tūc aut morit̄ ſed nō occaſione ſocietatis ⁊ tūc nihil eſt qȝ a ſocio ꝯſequi poſſit per ea que ponit Bal.in.l.i.C.pro ſo.in.viij.q.aut morit̄ occaſione ſocietatis.⁊ tūc dicit qȝ nō amittit opas ſȝ vitā q̄ vita eſt ineſtimabilis.l.ſi.ff. de his q deiecerit vel effu.⁊ ſi dicat̄ ope ſunt in eſtimatione.r̄ndet qȝ ꝑdit ſ eo q amiſit manū ita ꝙ opari nō pōt ſed is qui morit̄ nō amittit opas ſed vitā.¶ Sed p certo nimis ſubtilizauit. nā do.Raph.ꝯſiderat opas futuras ques quis amittēdo manum amitteret gl.vero operas ꝑteritas q̄ eſtimari pñt.l.in ſtipulatiõibus §.operarum.ff.de verbo.obli.⁊ traditur in.l.ſi non ſortem. §.libertus.ff.de condictio.inde.item licet amiſſio vite non ſit eſtimabilis tamen ſubmittere ſe periculis vite eſt multū eſtimabile ⁊ in conſideratione in hac materia vt eſt caſus in.d.l.ſi non

fuerint

fuerint.§.i.dñ dicit.ſi ſolus peregrinet̃ pericula ſubeat ſolus.que
opere ſunt adeo in ↄ̃ſideratione q̃ pponderãt aliq̃ñ pditioni ca
pitalis vt dicit tex in.d.l.ſi nõ fuerint.§.i.in ver.ſi mõ ¶ Ex qui-
bus negari non põt quin articulus ſit dubius in quo cõſiderãne
ram vtrãq; opi.diuerſis caſibus defendi ſumẽs fundamentũ ex
illa.l.ſi non fuerint.§.i.ʒ reperi poſtea inſignẽ doct.do.Pet.phi
lippum de nobilibus.de cor.idẽ dicere qđ precogitauerã in ſua
2 repeti.l.ſi paſcenda.C.de pactis.vñ cõſiderandũ eſt q̃ † Aliq̃ñ et
pĩmo opera a pñn.nõ eſt tanti eſtimãda quãti eſt amiſſio capi-
talis et interuſurij ipſius capitalis:ſed tanti quanti eſt amiſſio
interuſurij ⁊ tũc aut ⁊ ſcđo opera immittẽdn ſocietati eſt eſtimã
da quãti pĩculũ capitalis ⁊ interuſurij.¶ Primo caſu cõſiderã
dũ eſt q̃ aliq̃ñ ⁊ pĩmo capitale in pñn.eſt cõicatũ ⁊ tũc indubitã
ter ſi totũ pdit̃ ille qui operas imittit dimidiũ capitalis reficere
tenet̃ rõ eſt clara q: perit res cõis igit̃ perit vtriq;.l.que fortui-
tis.C.de pi.ac.c.i.extra de cõmo.⁊ hoc de plano pcedit qñ capita
le ẽ effectualiter cõicatũ ita q̃ finita ſocietate cõiter diuidat̃ put
hoc eſt de mẽte gl.q: ex quo finita ſocietate lucraret̃ dimidiã ca-
pitalis ita dimidiã pdere dʒ.l.ſm naturã.ff.de re.iur.ſiue cõicat⁹
eſſet tñ reſpectu trãſlationis dñij ſtat imdicet̃.¶ Aliq̃ñ ⁊ ſecũdo
totũ dñium pecunie eſt retentũ p immittent̃ ⁊ tũc perit immit-
tenti ex quo nõ cõicatũ neq; effectualiter neq; quo ad trãſlationẽ
dñij p iura de quibus ſupra niſi ſocietas fuiſſet cã peremptidis
vt q: pecunia nullo nõ periſſet ſi ſocietas nõ fuiſſet ↄ̃tra.l.ſi q̃.§.
idẽ celſus.ff.pro ſo.nam videmus q̃ etiã qñ res ppria vnius ex ſo
ciis perit occaſione ſocietatis perit ſocietati ſeu ad eius dãnuʒ.
l.cũ duobus.§.quidã ſagariã.ff.pro ſoc.de quo per Bal.in.l.i.C.
pro ſo.q.viij.⁊ in.d.l.cum duobus.§.dãna.⁊ in.l.i.C.de fruc.⁊ lit.
expen.¶ Aliq̃ñ ⁊ tertio dubitat̃ vtrũ pecunia fuerit cõicata tũc
dicẽdũ q̃ aut vterq; ponit pecuniã ⁊ operam ⁊ cenſet̃ pecunia
cõicata ⁊ ita pcedit de plano glo.in.d.l.i.C.pro ſo.argu.l.i.⁊.ij.ff.
co.⁊ q̃ no.Bar.⁊ Bartho.de ſal.in.l.ſi vt certo.§.nũc videnduʒ.
ff.cõmo.⁊ tunc damnũ eſt cõe vt in.d.§.dãna.⁊ ad hoc nullus du
bitat.aut vnus poſuit operam ⁊ alter pecuniã ⁊ tũc pecunia nõ
cenſet̃ cõicata.d.l.cũ duobus.§.damna ex quo infert̃ q̃ ſi pecunia
perit anteq̃ dñiuʒ ſit in ſociũ trãſlatũ ⁊ ſic cõicata perit imittẽ
ti.d.l.que fortuitis.⁊ hoc verũ vt dixi qñ dñium nõ eſt cõicatum.
ſi vero dñiũ eſt cõicatũ vel ↄ̃ſumptione pecunie vel q: ex pecunia
mercãcie ſunt empte per regulam.l.rogaſti.§.ſi.cũ tribus ſeq.ff.ſi
cer.pet.⁊.l.ſi alieni nummi.ff.de ſolu.ſed tñ non eſt effectualiter
cõicatum q: venit extrahendũ finita ſocietate.⁊ tunc glo.quã ſe-
quunt̃ doc.quã ſ.allegaui l.d.l.i.tenet q̃ perit immittẽti ex quo
imminens operas lucrari nõ dʒ de capitali.⁊ in caſu finite ſocie
tatis hoc idẽ tenuerũt Pe.⁊ Cy.in.d.l.i.C.pro ſoc.qui volunt qđ
aut pecunia perit ante operas exhibitas ⁊ tũc ſit cõe ne alſ ↄ̃tr⁹
clauderetur.l.ſi id qđ.ff.de reſcin.ven.aut poſt operas exhibitas.
⁊ tũc ſit ſolus immittentis ⁊ procedat opi.glo.¶ Scđo caſu pñ
cipali qñ opa equiualet interuſurio pecunie ⁊ pĩculo capitalis.
iuxta.d.l.ſi nõ fuerint.⁊ tũc indubitanter pcedit opi.glo.per.d.l.
ſi nõ fuerint.⁊.d.§.de illo.prout.ſ.induxi.nam tunc militat eius
ratio ⁊ ceſſat ratio tenentiũ cõtrariũ ⁊ pbabit̃ etiã ex his que di-
cam ſtatim in ſequẽti difficultate in quibus in pp̃oſito in caſu
nr̃o dico q̃ ex duplici capite ſi nullum fuiſſet pactum appoſituʒ
ſup amiſſiõe capitalis debuiſſet perire imittẽti ⁊ nõ ẽt immittẽ
ti opas.¶ Primo q: ſumus i caſu finite ſocietatis poſt ões ope-
ras exhibitas quo caſu habemus autoritatem glo.Oldra.Bar.
Bal.Ange.⁊ Pau.de caſt.in.d.l.i.item Pe.⁊ Cy.ibidẽ.lʒ in con
trarium habemus Richar.malũ.Old.Bartho.de ſali.⁊ Ful.in
a d.l.i.vñ in caſu noſtro in iudicando ſequi debemus opi.ᵃgl.tũ q:
illa eſt magis cõis iuxta no.in.l.ſi.C.de pena iudi.qui ma.iudi.tũ
q: in veritate opi.nõ eſt recedẽdũ a glo.ſm Jac.butr.in.l.i.C.quĩ
pro ſua iuriſd.⁊ maxime q: illã ſequit̃ Bar.in cuius dictis ſemp
b ſolet eſſe veritas.ᵇitem q: equitatẽ cõtinet ſm arbitriũ boni viri
ſm Cy.in.d.l.i.qđ in hac materia plurimũ verſat̃ in.l.propoſito.
ff.pro ſo.¶ Secũdo q: i caſu nr̃o ſumus in ſcđo caſu qñ amiſſio
operarũ equiualet amiſſioni capitalis ⁊ interuſurij.nã ſi iuriſcõ
ſultus vult q̃ opere tanti eſtimari pñt pro certo in caſu nr̃o tãti
vident̃ eſtimande finita ſocietate oñdit̃ pro capitali fuerunt in
ſocietate imiſſi floreni.4000.vñ ſi ille q opas imiſit poſuiſſet ſuã
portionẽ.4000.florenoꝝ immiſiſſet mille florenos pro ſua quota
parte.idem ſi non fuiſſet ſocius ⁊ nihil immiſiſſet ſed opas ſuas
alumnis locaſſet quolibet anno habuiſſet centũ et quinquaginta
florenos.⁊ ſic ſinitis quatuor ãnis habuiſſet florenos.dcc.certos
etiã ſi ſocietas totum capitale perdidiſſet.vnde vr̃ mihi q̃ nõ mi
nus ſint eſtimãdi.dcc.certi quos perdere nõ poterat i fine ſocieta
tis.⁊ vltra ẽt lucrũ ſperatũ vltra debitã mercedẽ q̃ veriſil' imi-
tẽs opas ſupabat q: alſ nõ eſſet veriſimile q̃ voluiſſet eẽ potiꝰ ſoci⁹
quã locare opas ſuas.ar.l.cũ de idebito ff.de pbatio.quã debeãt
eſtimare mille floreni cũ ſpe lucri ⁊ periculo nedum lucrandi ſed
etiã amiſſionis totius capitalis.capitale eñ de.dcc.qđ perdi nõ
põt maioris pro certo eſt eſtimationis quã capitale mille qđ pdi
põt.⁊ videt̃ q̃ hoc arbitrari debeat bonus vir cuius arbitrio hec
cõmittunt̃.l.in pp̃oſito.⁊.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.ff.pro ſocio.in
cuius etiã cõſideratione nõ dʒ ẽt q̃ capitale vt in pluribus nõ in
totuʒ amittitur.ſed qñ nihil ſupra capitale reperit̃ ſemper certa
operarũ merces amitit̃ pĩculũ aũt eſt cõſideãdũ ſm cõiter ac
cidentia arg.l.neq; natales.C.de pba.Jtẽ ad hoc vt aliqd ponẽs
operam lucret̃ vltra certã mercedẽ neceſſe erat facta cõputatiõe
q̃ lucrũ traſcẽderet.xv.put in primis nõ euenit ⁊ quicquid mi-
nus lucraret̃ ponẽs operas amittebat de ptio certo laboris ⁊ ſo-
cius lucrabat̃.vnde ſup certã mercedẽ quã ſine pĩculo habuiſſet
parum lucrari poterat.ſi ergo perderet dimidiã capitalis longe
plus amitteret q̃ aliij.⁊ tñ nõ minus lucrũ vltra certã mercedem
amitti debebat qđ non cõuenit arbitrio boni viri.⁊ hec diiudi-
canda ſunt a viris in arte expertis arg.l.ſeptimo mẽſe.ff.de ſtatu
homi.faciũt que ſtatim dicã in ſeq̃nti difficultate.hec de primo
difficultate que fuit neceſſario diſcutiẽda.venio ad ſcđaʒ.¶ Cir
ca ſcđam difficultatem ſunt ⁊ rõnes ⁊ autoritates vtrinq; faciẽ
tes difficultatem ⁊ cõtinet duas difficultates.Primn eſt nunqd
valeat pactũ q̃ ille qui opas poſuit ſuſtineat periculũ dãni totiᵘ
3 capitalis in qua dicit Hoſti.† ſi ↄ̃trahit̃ ſocietas in qua vnus po
nit operã ⁊ alter pecuniã hoc pacto q̃ capitale ſit ſaluuʒ ita q̃ ſi
periret debeat totũ ſatiſfieri ſibi ab eo qui poſuit opas talis ſoci
etas nõ eſt iuſta neq; licita vt cõcludit gl. Jo.in.c.plerique.xiiij.q.
iij.⁊ gl.⁊ Bal.in.l.i.C.pro ſocio.Jo.cal.do.Car.floren.⁊ Abbas
in.c.nauiganti.extra de vſuris.⁊ ita cõcludũt Theologi vt dicit
do.Rapha.fulgo.in.l.ſi nõ fuerũt.§.i.ff pro ſoc.⁊ Pe.de anch.in
regula peccati venia.de reg.iur.in.vi.⁊ eſt caſus in.d.l.ſi non fue-
rint.§.i.niſi ille qui imiſit opas haberet cõgruã recõpenſationẽ
reſpectu lucri,ideo qđ pars lucri non eſſet minoris eſtimatiõis
arbitrio boni viri quã ſuſcepti periculi quo caſu pcedere poſſet
opi.Hoſti.⁊ ſequacium arg.d.§.i.ia rõne decidendi de qua qõne
latius per pſatũ do.Pe.philippũ in.d.l.ſi paſcenda.q.vij. quam
4 nõ proſequor q: nõ eſt neceſſariũ.¶ † Scđa difficultas eſt retẽtis
eiſdẽ terminis nunqd valeat pactũ q̃ pro qua parte immittens
operas ſuſtinet lucruʒ ſuſtineat damnum capitalis ita q̃ ſi ſuſti
net dimidiam lucri capitalis.in qua difficultate nõ inſiſtendo in
multis rationibus que vtrinq; adduci poſſent de quibꝰ late per
pfatum do. Pet.philippum in dicto loco vna eſt rõ vrgẽs qđ
valeat.nam ea eſt natura ſocietatis vt dãna ⁊ lucra ſint cõia.l.cũ
duobus.§.dãna.l.coiri ſocietatem.l.quintus.⁊.l ſi non fuerint.ff.
pro ſocio.facit q: ſocietas cõtrahit̃ ad arbitriũ boni viri.l. q̃ eñ
§.i.ff.co.ti.ſed bonus vir nõ eſſet q: iniuſtum aut iniquũ arbitra
retur igit̃ videt̃ q̃ inducat̃ in pactũ q̃ tacite inerat.⁊ ſic vr̃ nihil
operari.l.iiij.ff.de le.i.ſed inter damna ſocietatis nõ cõſideratur
amiſſio operarũ ſed capitalis q: illarũ amiſſio dãno nõ aſcribit̃
igitur capitalis amiſſio cõis eſſe dʒ nõ cõſiderata perditiõe ope
raruʒ.⁊ ſic in pactũ deduci põt.q̃ añt dãna aſcribat̃ ſola amiſſio
capitalis ⁊ nõ operarũ oſtendi vr̃ multũ clare.nã dãnum contin
gens occaſione ſocietatis debet cõe reſarciri dʒ.l.ſm iulianum.ff.pro
ſocio vt.ſ.dixi ⁊ non ſic ſi capitale eſt ſaluum ⁊ alter operas amĩ
ſit nihil ſibi regulariter reſarcit̃.vt pʒ ex nota.l.l.i.C.p ſo.¶ Cõ- a ¶ Opi.glo.in iudicando ſe-quenda.
firmat̃ q: damnum ex vno latere cõtingens facit ex alio latere lu
crum ceſſare quia lucrum dicat̃ deducto omni dãno.l.quia tãtu
tius in ſi.ff.pro ſocio.⁊ inſti.pro ſocio.§.de illo in ſi.⁊ tamen ope
re non minuunt lucrum.nam totum illud q̃ ſupereſt vltra ſortẽ b ¶ Veritas ſp ſolet eſſe in dictis Barto.
cenſet̃ lucrum vt approbare vr̃ cõſuetudo que eſt optima legum
interpres.hoc idem vr̃ pbari in.l.cũ duobus.§.ne ſi in facto.vbi
diuidit̃ totũ illud q̃ ſupereſt vltra ſortẽ.⁊ tñ nõ põt fieri per pa-
ctum q̃ damnũ nõ minuat lucrũ quia vnũ cũ altero compẽſat̃.
d.l.quintus nutius.⁊.d.§.de illo.in fine.item opera vident̃ com
parari interuſurio pecunie vt ſupra dictũ eſt.¶ Ex quibus vr̃
inferri quod cũ amiſſio oparũ dãno nõ aſcribatur ſed pditio ca-
pitalis q̃ ſcđm naturam ſocietatis eſſe vr̃ q̃ damnũ capitalis ſit
cõmune ⁊ per ↄ̃ſequẽs tale pactũ validũ eſſe vr̃.¶ Cõfirmat̃ iſta
opi.autoritatibus infra ſcriptis.nam hãc opi.tenet glo.Jo.in.c.
plerique.xiiij.q.iij.⁊ ſequunt̃ Gofr.⁊ Hoſti.in ſummis eorum in
titu.de vſuris.prout referunt Canoniſte.⁊ hanc tenent do.Ant.
⁊ do.Nico.in.c.nauigãti.extra de vſuris.idem tʒ ſupplementum
piſanelle.⁊ Bal.in.l.i.C.commodati.⁊ in.l.ſi paſcenda.C.de pac.
⁊ in.l.i.C.de fruc.⁊ lit.expenſis.⁊ Bal.in.l.ſi patruus.C.commu
nia vtriuſq; iudi.⁊ dicunt quidam q̃ hãc opinionem approbat
conſuetudo que eſt optima legum interpres.l.minime.ff.de legi.
c.cum dilectus.extra de conſuetu.¶ In cõtrarium tñ faciũt plu
res ratiões.Primus nam ſanctus doctor Thomas de aquino in
ſcđa ſecũde.q.lxxviij.artic.ij.vbi dicit q̃ iʒ ſperaret pariſci de lu
cro in cõtractu ſocietatis q: ille q pecuniã imittit retinet apud
ſe dñium pecunie ⁊ ſubiit periculuʒ ipſius pecunie.ideo dicit vt
lucrũ etiam capiat ita formaliter de iuuer.venio ad quartũ ſʒ in
caſu noſtro pro parte non ſuſtinet periculum.igitur pro illa par

te non pōt lucrū percipere.facit.l.ſi ſs qui.§.ſi quē queſtū.ff.com
modati.⁊ in.l.manifeſtiſſimi.§.ſed cū in iſta.C.de furtis.itē qꝛ
ceſſante rōne ceſſat diſpoſitio.l.adigere.§.q̄uis.ff.de iurepa.⁊.c.
cum ceſſante.de app. ¶ Scdo qꝛ qñ ille qui operas immittit ſuſti
neret periculum totius pecunie pactū nō eſſet licitū vt no.glo.in
in.d.c.plerīq̃.igitur pari ratiōe idē dicēdū eſt qñ pactū eſt appo
ſitū q̄ ſuſtineat dānum dimidie qꝛ quod iuris eſt de toto quo
ad totum idē iuris eſſe dꝫ de parte quo ad partē.l.que de tota.ff.
de rei ven.cū vulga. ¶ Tertio ſocietas ius fraternitatis obtinet
l.verum in prin.ff.p ſo.vñ ptes debēt eſſe equales arbitrio boni vi
ri.l.ꝙ eū.§.illud.⁊.l.in ꝑpoſito.⁊.l.ſocietatē meā.ff.p ſo.⁊ no.gl.
in.d.l.ſi nō fuerint.⁊ iō ſi conditio vnius eſt deterior conditione
alteriꝰ pactū dr iniuſtū ⁊ nō licitū ſed in caſu nr̄o eſſe hmōi oſtē
ditur qꝛ immittēs operas eſſet deterioris ꝯditionis quā immit-
tens pecuniā.nam amiſſo toto capitali vel parte vterq̃ equalr
⁊ immittēs operas illas ſolus pderet ¶ Quarto non pōt nega
ri quin pecunie dñiū pro dimidia trāſeat in illū qui operas im
mittit qꝛ ea eſt natura ſocietatis.l.i.cū ſeq.ff.p ſoc.vel ſaltem em-
ptionis mercīū ⁊ cōmutationis.iuxta id q̄ hr̄ in.l.ſi alieni num
mi.ff.de ſolu.⁊.l.ſi a furioſo.ff.ſi cer.pe.vñ immittēs pecuniā non
dꝫ dimidiā lucri percipere que facta eſt aliena.⁊ eſt vna rō ꝑpter
quā vſura eſt ꝓhibita qꝛ diceret̄ pcipere fructus ex pecunia mu
tuata effecta aliena vt tradit̄ in rub.extra de vſu. ¶ Quinto iſta
opi.cōfirmat̄.nā q̄ capitale totū pereat ponenti cōuenit equali
tati que inter ſocios ſeruari dꝫ.hoc aſſumptū probat̄ autorita-
te gl.magis cōiter approbate in.d.l.j.C.pro ſo.igit̄ pactum quod
pro parte pereat ponenti operas non conuenit dicte equalitati.
igitur eſt iniuſtū ex quo datur intelligi q̄ ex dictis in prima dif-
ficultate multum dependet deciſio huius q̄nis. ¶ Et ſic infertur
q̄ oēs illi qui ſequuntur gl.in prima difficultate habeāt neceſſe
dicere dicto caſu hoc pactum eſſe iniuſtū ⁊ vltra iſtos ⁊ beatum
Thomā ſupra relatum hec opi.approbat̄ in ſumma que dici pi
ſanella in verbo ſocietas.vbi fit mētio de autoritate beati Tho.
Et hāc opi.amplectit̄ ſanctꝰ Bernardinꝰ in ſuo ſermone.xxxix.
articulo.iij.c.ij.ver.ſcdo caſus eſt vbi dr̄ q̄ ſi aliquis dat centum
mercatori ad cōe damnum illoꝝ centū ⁊ lucrū eſt perinde ac ſi il
li quinquaginta mutuaſſet ⁊ ille de opera ⁊ induſtria nihil cōſe
queret̄ cui ſolet quarta pars lucri attribui.⁊ ſic cōtractꝰ ē illici-
tus.⁊ hec opi.approbat̄ i quadam ſumma que vocat̄ ſumma an
gelica in verbo ſocietas dubio.x.reperio etiā q̄ hanc opi.tenet
magiſter Alexan.de aneſcis ordinis minorum in ſuo libello de
vſuris ſequendo opinionem ſancti Bernardini ⁊ beati Thome
eandē opi.etiā tenet magiſter Franciſcus de plateis ordinis mi-
norū in ſuo libello reſtitutionis vſurarū in tractatu vſurarum
in.c.vſura quarto in contractu ſocietatis.ver.l.⁊ verſ iiij ex eo qꝛ
pro ea parte capitalis pro qua nullū ſubijt dānū nō dꝫ aliqd lu
crari.allegat ad hoc Alex.de ales in quodam ſuo tractatu.
¶ Ex quibus pꝫ rem eſſe dubiā ⁊ in dubijs tutior pars in fauo
rem anime eſt eligenda vt in.c.iuuenis.extra de ſponſa.cū ibi no.
⁊ lꝫ prefatꝰ inſignis doctor do. Pet.philippus.in.d.l.ſi paciſcen
da.conet̄ reſpondere ad oēs rōnes p̄dictas ⁊ ſequi videat̄ primā
opi.q̄ cōtractus ſeu tale pactū ſit licitū ⁊ multū serioſe hoc diſ-
cutiat.attā etiā ibi reſponſionibus ſuis pꝫ q̄ nō ſequit̄ dictam
opi.indiſtincte. ¶ Quare omiſſis multis que ipſe dicit cōſidero
in primis quod hanc opi.tꝫ ſanctus Thomas cuius quanta ſit
autoritas nemo eſt q neſciat.cuius autoritatē intelligo ꝙ ille qui
immittit pecuniā retinet dñiū pecunie intelligo ſm ꝙ intellexit
gl.accurſij.ſ.dñiū capitalis effectualiter qꝛ capitale effectualiter
nō cōmunicatur alteri ſocio ſed ſemper capitale eſt immittentis
totū ita ꝙ ſemper eſt verū dicere q̄ in rebus exiſtentibus in ſo-
cietate ipſe hꝫ capitale vſq̃ ad pecuniam immiſſam in ſocietate.
non aūt intellexit q̄ retineret dñium pecunie cū illud tranſeat
in ſociū pro ptext in.l.j.in ſi.ff.pro ſocio.⁊ perdat̄ etiā emptionis
mercīū ⁊ cōmutationis.l.ſi a furioſo.ff.ſi cer.pet.⁊.ū.dictum fuit.
ſi ergo capitale dicitur immittētis merito ſenſit q̄ perijt immit
tenti qꝛ res perijt dño.l.ſi ex legati cā cū ibi notatis.ff.de ver.obl.
¶ Cōfirmat̄ etiā eius opi.nā capitale ſibi debitum ex rebus exi
ſtentibꝰ in ſocietate non pecunia in genere.ſi ergo res perijt meri
to perijt immittenti.argu.l.in naue ſaufelli.ff.locati.⁊.l.electio.§.
ſi is cū.l.ſequent.ff.de noxa.⁊ ꝓbatur hoc clare in.l.ſi titius.ff.de
preſcriptis verbis.vbi eſt caſus ſingularis ad hoc per quem vide
tur ꝓbari opi.ſancti doct.in hoc.nā ibi data fuit pecunia vt q̄
negociaret̄ hanc cōditionem vt lucrū vſq̃ ad certā quātitatem
eſſet dantis pecuniā abinde.ū.eſſet recipientis dicit̄ ibi q̄ ſi pe-
cunia perijt ſine culpa recipientis perijt ipſi danti.⁊ ſi diceretur
q̄ do. Pau.de ca.ibi in recollectis paduanis dicit q̄ ibi non eſt
cōtractus ſocietatis qꝛ nō fuit actū q̄ lucra ⁊ damna eſſent com
munia.ſed q̄ certa portio lucri eſſet danda immittenti.item q̄
damnum fuiſſet cōe niſi in totū fuiſſet trāſlatū q̄ in dubio pre-
ſumit̄.l.ſi id q̄ in prin.ff.pro ſocio.tñ idē do. Pau.in recollectis
florentinis dicit q̄ nō eſt contractus ſocietatis qꝛ dñium fuerit
in totum tranſlatū.l.ſi tibi.e.ti.tñ ſm cū eſt ſimilis ſocietati ⁊ ſic
iudicari dꝫ ſm regulas ꝯtus ſocietatis cui aſſimilat̄.l.nature-
lis.§.pe.ff.eo.ti.⁊ eū periculum eſt dātis vt ibi probat text.tenet
glo.pe.nec ex eo ꝙ pars lucri ſit certa caſu quo lucrat̄ facit quod
non ſit contractus ſocietatis.§.de illo.inſti.pro ſocio.⁊ pōt illud
pactum ſe habere ad cōmodū ⁊ ad damnū.igitur equale eſt.arg.
l.de fideicō.C.de trāſac.cum ibi no.dicēdū eſt pot dicit do. Pau.
q̄ res perijt immittēti qꝛ dñium fuit in totū tranſlatum hoc de
beret cōtrariū effectū operari cū res pereat dño vt tradit̄ in.d.l.
ſi ex legati cauſa.hoc aūt non pōt eſſe ex alio qꝛ lꝫ ex pecunia mer
ces emantur ⁊ fiant cōtinue commutationes verum eſt dicere in
effectu quod in illis rebus ex commutatiōe habitis ineſt capita-
le q̄ eſt ſuum.ideo ſibi perire dꝫ.⁊ per cōſequens cū capitale ſit
ſuū ⁊ illiꝰ periculū ſubeat ideo lucrū licite pcipit.ſed qñ amiſſo
toto capitali immittēs operā teneret̄ ad dimidiā diceremus ca-
pitale effectualiter in totū non fuiſſe ſuū ex quo nō perijt ſibi ſꝫ
ſocio ⁊ conſequenter ſocius teneretur ad pecuniā in genere.⁊ ſic
videt̄ potius illā mutuo recepiſſe ⁊ cū illa negotiatus fuiſſe.nā
ex eo q̄ ꝑ aliqua parte dñiū pecunie eſſet trāſlatū non deberet
teneri.caſus eſt i.d.l.titius.igitur ſi tenetur de interitu immittēs
operas obligatur ad pecuniam in genere ⁊ conſequenter videt̄
quodammodo velatū mutuum dimidie pecunie vt dicebat ſan-
ctus Bernardinus.⁊ ita intelligēdo ceſſant aliqua dicta per do.
Petrum philippum contra ſanctū Thomā vt ibi videri pōt.
¶ Scdo cōſidero q̄ nō eſt ſimpliciter verum ꝙ qui operas im-
5 mittit tū ſi illas amittit nō dicatur damnum pati.itaq̃ †opere equi
ualent interuſurio pecunie ⁊ nō capitali in quibus duobus fun
datur tota contraria opi.qñ opera tpe cōtracte ſocietatis tanti
eſt eſtimanda quanti pecunia capitalis tūc damnū capitalis to
tum eſt immittentis.l.ſi non fuerint.§.i.ff.pro ſo.vt ſupra latius
declaraui.igitur amiſſio opaꝝ eſt dānū.hoc ꝓbat̄.nā dāna debēt
eſſe cōia ſicut lucra.d.l.ſi nō fuerint.in prin.⁊ in.l.cū duobus.§.
dāna.ff.p ſoc.ſꝫ amiſſio capitalis ⁊ opis dicto caſu ſi amiſſio nō
diceret̄ dānum alter pati diceret̄ damnū ⁊ ponens operas nō q̄
eſſet cōtra naturā ſocietatis.⁊ ex his ſequit̄ q̄ nō equiualet opa
interuſurio pecunie ſꝫ capitali ⁊ hoc probat tex.in.d.§.de illo cū
ſeq.⁊ in.d.l.ſi nō fuerint.§.i.⁊ in.l.ſocietatis.§.ſocietas.eo.ti.
¶ Cōfirmant̄ p̄miſſa.nam pecunia hoc eſt nūmi neq̃ ex natura
6 ſua neq̃ ex lege ſunt ꝓducti vt aliqd lucrarent̄:†qꝛ inuenti ſunt
ꝑpter commutationē ſm philoſo.v.ethicoꝝ ⁊ ꝓbat̄ in.l.j.ff.de cō
trahen.emp.⁊ in.l.ſi ita fideiuſſorem accepero.ff.de ſo.⁊ propter
hoc dicunt quidam q̄ vſura eſt ꝓhibita vt late declarat Jo.an.
in regula peccatū.de reg.iur.in.vj.induſtria aūt p̄tio cōputat̄ et
opera.vnde dicit tex.in.d.l.cum duobus.§.ſi inchoāda.ff.p ſocio.
pretiū opere artis velamentū.vnde lucrū magis dr̄ cauſatum ab
opera ⁊ induſtria quā a pecunia ex qua nō lꝫ aliqd accipere niſi
alius periculū ſubeat alr̄ eſſet vſura.⁊ ideo lꝫ in contractu ſocie-
tatis aliqd accipere qꝛ illius periculū ſubijt q̄ pꝫ qꝛ ſi nullū pe
riculū ſubiret nō liceret aliquid accipere vt dicit gl.cōiter ap-
probata in.d.c.plerīq̃.xiiij.q.iij.igitur periculum eſt cauſa iuſti lu
cri ex quo alr̄ de ſui natura pecunia nō eſt lucratiua licite.⁊ hoc
voluit ſanctꝰ doct.ſupponens operam nō lucrat̄ rōne piculi ꝙ ſu
ſtinet ipſiꝰ capitalis ſꝫ ꝑpter operas ⁊ induſtriam.igit̄ fit ſibi in
iuſtitia ꝙ equale ſuſtineat periculum capitalis.⁊ hoc mō intelli
gendo ſi pro aliqua parte periculum non ſuſtinet ꝑ illa pte non
pōt aliqd lucri accipere.ex p̄dictis pꝫ ꝙ ſcda opi.eſt ꝓbabilior.
¶ Tertio ⁊ vltimo ꝯſidero q̄ de natura contractus ſocietatis
eſt ꝙ partes ſint equales ⁊ dāni ⁊ lucri.d.l.ſi non fuerint in prin
cipio.in iſta aūt equalitate ſeruāda nō ſemꝑ eſt dicendū ꝙ ſi ſunt
duo ſocij qlibet debeat habere dimidiam vel ſi ſunt tres qlibet
tertiam ⁊ ſic de ſingulis ſed habenda eſt cōſideratio ꝙ q plus cō
tulit in ſocietat̄ plus ꝯſeq debeat.⁊ ad hūc effectum plura ſunt
cōſideranda.nā vt inquit text.in.l.ſi ſocietatem meā coieris.ff.p
ſocio.cōſiderari dꝫ ſi alter plus opera induſtria pecunia in ſocie
tatem collaturus ſit.idē dicit tex.in.l.quid enim.ff.eod.titu.ibi
veluti ſi alter plus opere gratie induſtrie pecunie plus altero in
ſocietatē collaturus erat.⁊ ideo lex que voluit ius ſuū vnicuique
tribuere ſm iſtas conſiderationes in quibus certa doctrina dari
nō pōt hoc reliquit arbitrio boni viri vt in.d.l.ſocietatē.⁊ in.d.l.
in ꝓpoſita.eo.ti.qui hꝫ cōſiderare quantum dicat̄ in ſocietatem
cōtuliſſe ponēs operā ⁊ induſtriā ⁊ quatenus ponēs pecuniā et
eatenꝰ arbitrari partes dāni ⁊ lucri ⁊ hoc ꝓbat tex.in.d.§.de illo
⁊ in.d.l.ſi nō fuerint cū ſimili.que cōpararāt operas ⁊ induſtriā
immiſſioni capitalis ⁊ nō interuſurio pecunie. ¶ Ex quibus in
fertur ꝯcluſio multum clara q̄ ſimpliciter dicere ꝙ valet pactū
ꝙ damnum capitalis ſit cōe itē dicere q̄ non valet ſunt falſiſſi-
ma.ſed iudicanda ſunt ſm predictas conſiderationes.et hec de
ij.q.princi.dicta ſufficiant. ¶ Circa tertiam ⁊ vltimam difficul-
tatem pro eius deciſione duo ſunt adhuc diſcutienda.ex quibus
clare

dare apparebit deciſio.¶ Primum eſt nūquid ſi in caſu parti-
7 cularí de quo agimus pactum fuiſſet ſpecifice factum † q̄ .E. tene
retur ad reficiendum dimidiam capitalis emiſſi: talē pactū fuiſ
ſe iuſtum ⁊ licitum. in qua difficultate indubitāter cōcludo q̄ḋ
nō. ⁊ hoc euidenter oſtēditur qm̄ induſtria ⁊ opera dicti .E. non
erat minoris eſtimationis q̄ mille floreni poſiti a quolibet ſocio
ſuum p̄ quinta p̄te cuiuſq; ſocio: ſi nec ꝯferēdo operā ⁊ induſtriā
in ſocietatē de numo cōtuliſſe q̄ ille qui pecuniā cōtulit quo ca-
ſu pactū q̄ capitale eſſet in totum periculo immittētis fuiſſet iu-
ſtum ⁊ licitū. caſus eſt clarus in. l. ſi non fuerint. §. j. ff. pro ſocio. et
in. d. §. de illo inſti. pro ſocio. ſi ergo eſt iuſtū igitur ex p̄te vtriuſq;
eſt iuſtum: qm̄ equalitas ſeruāda eſt in cōtractu ſocietatis. d. §. de
illo. Item q: iuſticia tribuit vnicuiq; quod ſuum eſt. l. j. ff. de iuſt.
⁊ iur. ergo in iſto caſu ſi fieret pactum q̄ pro parte periculum eſ
ſet immittentis operas tale pactū eſſet iniuſtum ſtantibus eiſdē
terminis q: non tribueret damnū ad quē iuſte pertinere debet
8 vt dictum eſt. ſolum reſtat oſtendere † q̄do induſtria non ſit mi-
nus eſtimanda q̄ pecunia. iura hec nō declarant ſolū text. in. d. l.
ſi nō fuerint dicit ſi tanta ſit induſtria ſocij vt plus ſocietati cō-
ferat q̄ pecunia id eſt ſi ſolus nauiget ſolus peregrinet ſol⁹ pericu
la ſubeat ⁊c. tex. eſt in. l. quid eſt cōſiderat quatuor vt quis dicat
plus ſocietati contuliſſe dum dicit veluti ſi alter plus opera gra-
tia induſtrie pecunia in ſocietatem collaturus erat. ſi conſidera-
mus operam iſte .E. ſolus gubernabat apothecā ⁊ eius conſilio
oīa regebantur: cum eraſici ⁊ apothece eſſet magiſter. ſi ſcḋo gra-
tia conſideretur quantū eſt reſpectu lucri apothece in cōficiendo
drapos cū apotheca optime lucraret. ſatis eius in tali exercitio
dicebatur bona gratia ⁊ fortuna ſi vero induſtria apparet quod
eſt homo induſtrioſus: tum ob magnam mercedē retroactis tē-
poribus habitā: tum etiam q: vltra mercedem certam etiā plus
in apotheca lucrabatur ⁊ cum ſocietas contrahat ad finē que-
ſtus ⁊ lucri vt eſt caſus in. l. coiri ſocietatem. ff. pro ſocio opera in
duſtria ⁊ gratia iudicari debent ſecundum finem ⁊ effectum quē
ſequntus eſt. ſi ergo finis lucri ⁊ queſt⁹ fuit optimus apparet q̄ḋ
induſtria ⁊ opera fuit optima queſtus. enim ⁊ lucra principali-
ter ⁊ immediate procedunt ab opera ⁊ induſtria. dicit enim tex.
in. l. queſtus. ff. pro ſocio. queſtus enim intelligitur qui ex opera
cuiuſcunq; deſcendit. dictio enim ex: denotat cām immediatā. l.
j. §. ex incendio. ⁊ ibi Barto. ff. de incen. rui. ⁊ naufrag. ¶ Ex qui-
bus in propoſito dico q̄ cum cōiter vt a peritis audiui in exerci-
tijs licitis lucrū q̄ḋ cōiter procedit a pecunia ⁊ opera computa
tis multis exercitijs ſi aſcendit ad rōnem decem pro centenario
eſt bonū lucrum in exercitio artis ſirici ⁊ ad plus. xv. pro cētena
rio q̄ḋ reputatur optimum lucrum. ſi ergo in caſu nr̄o dict⁹ .E.
vt magiſter lucratus eſt ad rationem. xx. ⁊ vltra p̄ cētenario quā-
tum in ſe fuit licz alij ſocij credendo totū amiſerint: q: hoc non mi
nuit operam ⁊ induſtriam magiſtri in dicto exercitio quis non
videt q̄ multo plus opere ⁊ induſtrie in ſocietatē contulit q̄ pe-
cunie ⁊ ſic quod non minus eſtimationis eſſet induſtria q̄ pecu-
nia. quo caſu iuſtū eſt vt damnū pecunie pertineat ad immitten-
tem per. d. l. ſi non fuerint. §. j. ¶ Cōfirmatur hoc idē in caſu no
ſtro. nā ſi pecunia eſt ſolita lucrari ad rōnem. xv. pro centenario
nō eſt dubium q̄ aliqua pars induſtrie attribuit ad hoc q̄ḋ not.
notant Bart. ⁊ doct. in. l. j. C. de bo. q̄ lib. poſito ergo q̄ḋ dimidia
attribueret induſtrie pecunie tn̄. vij. cū dimidio p̄ cētinario attri-
buerent ⁊ ſic lucrū pecunie mille florenoꝝ nō aſcenderet ad flo-
renos. lxxv. ⁊ tn̄ iſte magiſtra manu merebatur p̄ certo ſalario flore
nos. cl. ex quo p̄z quāto pl⁹ operat induſtria q̄ pecunia q̄ imme
diate lucrū p̄cedit vt dixi p. d. l. queſtus. ⁊ q: eſt ex natura ſui acta
8 ad lucrū ⁊ nō pecunia vt p̄batū fuit. ¶ Ex quibus etiā p̄z q̄ nō
minoris eſtimatiōis reſpectu ſocietatis erat induſtria quā pecu-
nia. ideo iuſtum fuiſſet q̄ḋ non perderet aliquid capitalis. d. l. ſi
non fuerint. §. j. ⁊ optime p̄batur inſti. p̄ ſocio. §. de illo. com̄pro-
batur. nam .E. pro ſuo ſalario certo lucraturus erat. 150. ad hoc
ergo vt vltra certū ſalarium aliq̄d lucraturus fuiſſet neceſſe erat
q̄ lucraretur ad rationem vltra. xv. pro centenario. ſi vltra illam
ſummā nihil vltra ſalariū lucrabat ⁊ tn̄ ſocij optimum lucrū p̄
cipiebant ſi lucrabant. ⁊ adhuc ſocij bonum lucrum habebāt et
ipſe perdebat de ſalario. l. ſi ergo maius erat lucrū dubiū eſt eius
ipſorum ſocioꝝ damnū nō dz eſſe equale: qm̄ ille q̄ eſt in ſpe plus
lucrādi eſſe dz in periculo plus amittēdi. ad hoc. d. l. ſi nō fuerint
in princ. ⁊ in fine. ⁊ in. l. mutius. ⁊ probatur in. l. ſi de ſocietate. §. j.
¶ Preterea p̄bantur premiſſa q: ſi diceremus in caſu noſtro ta-
le pactum ſpecificum valuiſſe maxima reſultaret inequalitas cō-
tra naturā ſocietatis. iſta cōcluſio p̄bat. nā ponens pecuniā ſubi
ret infraſcripta pericula. primū non lucrandi ſupra capitale po
ſitum. ſcḋm perdēdi dimidiā capitalis ſi totū perderet vel dimi
diam partis capitalis que perderetur. ⁊ hoc periculum de raro
contingentibus ꝯſiderabile q: arg. a cōiter accidentibus iuxta
l. neq; natales. C. de probatio. in glo. vt in plurimis apothece lu-
crantur vel non amittunt. de capitali etiā ex eo p̄z q: mercatores
in ea arte non exercent q: nō eſt veriſimile q̄ ſuum vellent perde
re vt. l. cum de indebito. ff. de probationibus .E. aūt qui poſuit
operā ⁊ induſtriā primo ſubijceret ſe p̄iculo p̄dendi tantā quā-
titatē capitalis ſicut ſocij ⁊ in hoc eſſent equales. ſcḋo p̄dendi lu-
crum ſibi debitum. tertio p̄dendi debitā mercedē que pecunia ca
pitalis compara⁊ vt in. d. l. ſi non fuerint. §. j. ⁊ in. d. §. de illo. ⁊ ſic
damna non eſſent equalia. itē ſi nihil lucri fieret ille nihil lucra
ret q̄ pecuniā ponit. ille vero bonū ſalariū p̄deret. itē ſi aliq̄d lu-
craretur non tn̄ vſq; ad debitā mercedē ponēs pecuniā aliq̄d lu
craret hic p̄deret debitā mercedē ⁊ ſic diceret qm̄ nihil lucri fieret
etiam ponens pecuniā nihil lucrat ſicut ponēs operā. rūdet q̄ḋ
nō eſt bona comparatio q: pecunia de ſe nō lucrat opera ſic ſcḋo
reſpectu ponētis pecuniam haberet ac ſi ille retinuiſſet in capſa
⁊ quieuiſſet. ſed reſpectu ponentis operā non eſt ita q: laborauit
⁊ p̄didit operā ⁊ induſtriā. ⁊ ſicut ex ſuperiorib⁹ p̄z multe reſul
tarent inequalitates cōtra naturā ſocietatis vt l. d. §. de illo. ⁊ ſic
nō ſeruaret iuſtitia que ius ſuū vnicuiq; tribuit inſtitu. de iuſti. ⁊
iure. in prin. Si vero dicimus q̄ .E. non ſentiret aliq̄ḋ damnū
capitalis: tunc maior equalitas ſeruaret. nā periculū ponentis
pecuniā verteret primo in amiſſione pecunie vel partis de raro
⁊ vno mō ſcḋo in ceſſatione a lucro q̄ḋ ſcḋm cōiter accidentia eſt
de raro. ſed periculū .E. vertebat circa p̄iculum nō lucrādi vltra
debitā mercedē q̄ḋ faciliter conuenire poterat attento eo q̄ḋ p̄
mercede merebat. ſcḋo in perdendo debitā mercedē multis mo-
dis ſi nihil lucrifieret. ⁊ ſi aliq̄d lucri puta. v. vel. x. vel. xij. pro cen-
tenario quib⁹ caſibus ſemp̄ debitā mercedē amitteret. ⁊ hoc ma
xime in caſu nr̄o cum .E. finito quinquennio tantā mercedē p̄di
dit que equiualet capitali pecunie. ⁊ ſic ſeruaretur equalitas ⁊ iu
ſtum fuiſſet pactū q̄ nihil dāni ſentiret .E. per dictam. l. ſi nō fue
rint. §. j. igit aliud pactū fuiſſet iniuſtū. ¶ Unde cōcludēdo dico
iudicādo oīa p̄dicta conſiderare dz ⁊ arbitr operitoꝝ in arte. ar.
l. vij. menſe. cū ibi not. ff. de ſtatu homi. ⁊ ſm̄ caſuum diuerſitates
poſſunt dicere opi. que cōtrarie vident ad cōcordiā reduci q̄ fieri
dz quoad poſſumus in. c. periculoſe. de peni. diſtin. j. ⁊ in. l. j. C. de
inoffic. do. ⁊ in. c. cum expediat. extra de elec. in. vj. ¶ Scḋm quod
9 eſt diſcutiendū eſt poſito q̄ dictū pactū fuiſſet ſpecificatū q̄ † .E.
ſubſtineret damnū dimidie capitalis ⁊ fuiſſet iniuſtum vtrū fuiſ
ſet nullum vel validū in quo ꝯcludendum eſt q̄ licz Bart. in ſuo
cōſi. q̄ḋ incip. ex facto proponit q̄ fulcantus de cotonio videat
velle tale pactum licz iniuſtū teneret: ſi ꝯtrā eſt dicendū. caſus eſt in
d. l. ſi nō fuerint. §. j. vbi dicit tale pactū inequale circa lucrū ⁊ dā-
num ſi modo qui plus cōſequit plus cōtulit ſocietati. ⁊ ſic vult
q̄ ſi plus non contulerit nō valet. ⁊ hāc opinionem approbant
ibi Accurſ. ⁊ Azo. quā approbat do. Rapha. fulgo. ⁊ dicit eſſe
cōmunē opi. vn̄ cū ſit opi. glo. ⁊ cōis in iudicando ⁊ conſulendo
non eſt recedendum. de qua tamē q̄ōnt videndum eſt latius in. d.
l. ſi pac. inde. q. ſi. per prefactū do. Pe. philip. vbi late examinat
⁊ clare iſtā opinionē ſequit. ¶ Ex quib⁹ oībus in propoſito ha-
bemus concludere indubitāter q̄ illud pactū appoſitum in ſcri
pta ſocietatis in qua dicit ⁊ coſi de dāni ſonno a patire elenenā
te como diſopra intelligi dz ſcḋm ſubiectā materiā ⁊ maxime ſo
cietatis. ſ. q̄ alij ſocij perdant capitale ⁊ .E. p̄dat operas: q: equale
dr̄ damnum pati ſicut lucrū ⁊ ſic verificantur verba pacti. verba
aūt ſunt intelligenda ſcḋm ſubiectā materiam. l. ſi ſtipulat⁹. ff. de
10 vſuris. l. ſi vno. in princi. ff. locati. ¶ † Preterea verba ⁊ pactum
ſunt intelligenda ne contineant iniuſtū. l. mevio. ff. pro ſo. ⁊ per
Bar. in. l. gerit. ff. de acqui. here. item verba ſunt intelligenda vt
pactū potius valeat q̄ pereat. l. quoties. ff. de verbo. ſigni. ⁊ in. l.
quoties. ff. de reb. dub. Quinimo ex premiſſis concludendum eſt
fortius q̄ ſi maior eſt eſtimatio p̄ditionis ⁊ amiſſiōis ſalarij cer
ti ⁊ induſtrie q̄ illud q̄ḋ de capitali amiſſum eſt cedere dz dāno
oīum ſociorum equaliter. hoc p̄bat tex. l. d. l. ſi nō fuerint. vbi dr̄
q̄ ſi ſtet pactum q̄ capitale pereat immittēti in totū tale pactū
valet ſi modo induſtria ſit tante eſtimationis q̄ḋ correſpondeat
amiſſioni capitalis. ſi ergo induſtria ſit minus eſtimanda nō va-
let ſi tanti valet ergo ſi pluris non debet valere q̄ḋ ille perdat ca
pitale ⁊ alter induſtriam q: q̄ḋ operat p̄poſito in propoſito ope
rat oppoſitū in oppoſito. l. ſi vt p̄ponis. C. de nup. l. ⁊ ſi contra. ff.
de vulga. ⁊ pupil. ⁊ in. l. ſi ex toto. in prin. ff. de lega. j. ¶ Illud au-
tem q̄ vltimo querit. nā dicit q̄ ſocij dicti .E. pro ſocietate acce-
perunt pecuniā ad cambiū a ſeipſis hic ⁊ alibi cū maiori dāno
quā ſi accepiſſent ab alijs cōiter p̄pter q̄ dr̄ q̄ ſocietas eſt multū
dānificata ⁊ potuiſſent minus dānificare ⁊ accipere cum minori
dāno dico q̄ indubitanter iſtud maius dānū accedere dz ſocijs et
non dicto .E. q: ſociorū culpa illud euenit. quilibet enim hō di
ligēs accepiſſet cū minori damno ſi id fieri potuiſſet. de qua dili-
gentia ſocius tenetur q: aliqū eſt in leui culpa. l. cum duobus. §.
ſi inchoatū. §. dānū. ⁊. §. quidam ſagariā. in ſi. ⁊. l. de illo. §. ſi n. ⁊. l.
non abeſſe rem. ⁊. l. ⁊ ideo. ff. pro ſocio. Quinimo ſocij videntur

in dolo accipiêdo eſt maiori dãno a ſeipſis. ex quo dr qꝺ ſ3 aliqd pderet in ſocietate côtracta eſt. E. ſñ in alis manu magis lucrabatur ⁊ ſi nô bona fide ſe gerebât côtra naturã ſocietatis.

Laus deo clementiſſimo Amen.

¶ Et. ſ. per me concluſum eſt arbitror iuris eſſe ego Bartholomeus Soci. iuris vtriuſq3 doctor.

¶ Conſilium. cclxvi.

1 ¶ Inſtrumentũ qꝺ refert aliud inſtrumẽtum côfectũ inter eaſdem perſonas quando probet.
2 Probationes ⁊ ſnîa qñ autorem ſata côtra preiudicet habenti cauſam ab eo.
3 Inſtrumentum qñ dicatur probatio probata.
4 Liquere de cauſa per inſtrumẽtum nô dicitur niſi fuerit concluſum in cauſa.
5 Contractus qñ cenſeatur emphyteoticus.
6 Qualitas côtractus ex pactis appoſitis magis cognoſcit quã ex verbis.
7 Res cenſualis alienat cũ onere ſoluẽdi cẽſum dño irrequiſito.
8 Qualitas côtractus ex qualitate preti cognoſcitur.
9 Côtractus emphyteoticus qñ probet dñium. ⁊ nu. 13.
10 Dominium nô pbatur ex tranſlatione poſſeſſionis.
11 Dominium nô probatur ex inſtrumento locationis.
12 Fines probantur p antiqua inſtrumẽta quando agitur de modico preiudicio.
14 Solutio penſionis qñ probet poſſeſſionem.
15 Remedium canonis reintegrande quando detur contra titulo poſſidentem.
16 Poſſeſſionis clandeſtinitatem allegans quando poſſit ſe in ea fundare.
17 Exceptio dñiũ non obſtat agenti interdicto reintegrande.
18 Diſpoſitio. c. reintegrande. habet locum etiam in rebus profanis laicorum.
19 Diſpoſitio. c. reintegrãde nô h3 locũ qñ qs culpa ſua vel aliqua iniuſta cauſa cecidit a poſſeſſione. ⁊ nu. 21.
20 Verba ſpoliatis ⁊ eiectis quid ſignificent.
22 Eccleſia minor vel abſens qñ poſſint implorare iudiciũ vt reſtituant in priſtinã ad ſuã poſſeſſionẽ quando ipſam amiſerũt ſua culpa vel negligentia.
23 Reſtitutio in integru3 qñ côpetat eccleſie aduerſus preſcriptionem decurſam.
24 Reſtitutio aduerſus preſcriptionẽ ꝯpetit ob leſionẽ enormiſſimam poſt quadriennium.
25 Damnum qñ dicatur grauiſſimum.
26 Contentio poſſeſſionis etiã de magna re nô dr magna cauſa.
27 Verba narratiua pape qñ ꝓbent ⁊ illis ſtandum ſit.
28 Probatio per famam in antiquis plene probat.
29 Pape aſſertioni in antiquis ſtatur.
30 Lege reſcripto ⁊ pacto poteſt fieri qꝺ vni ſoli credatur ⁊ qꝺ priuate ſcripture ſtetur.
31 Probationes leuiores requirũtur in antiquis.
32 Emphyteoſis eccleſiaſtica an veniat in côfiſcatione bonorum.
33 Eccleſie res an poſſint concedi in emphyteoſim vt trãſeant etiã in extraneos heredes.
34 Poſſeſſio diuturna facit olã preſumi eſſe ſolenniter acta.
35 Res ſi ſemel côcedatur vt trãſeat ad heredes extraneos pôt ſem per eam a ſolo prelato concedi.
36 Verba ſuis heredibus ⁊ ſucceſſoribus in emphyteoſi eccleſiaſtica quando côprehendãt extraneos. ⁊ nu. 37.
38 Res qñ non pôt alienari preterꝗ̃ in fauorem prohibiti talis res ob delictum non confiſcatur.
39 Totaliter eſt dictio vniuerſalis.
40 Emphyteoſis eccleſiaſtica côfiſcat ob crimen leſe maieſtatis.
41 Ius vaſalli qñ preſcribat ab eo qui ſe gerit pro vaſallo.
42 Preſcriptio currit contra emphyteotã eccleſie ſine preiudicio iuris eccleſie.
43 Preſcriptio. xxx. anno. valet etiã côtra eccleſiã romanam.
44 Alienatione prohibita prohibetur ⁊ preſcriptio.
45 Princeps an ⁊ qñ poſſit ius tertij auferre eo non citato.
46 Papa habet pleniſſimã poteſtatem in beneficialibus ⁊ poteſt ex libito volũtatis quẽ ſuo beneficio priuare.
47 Defenſio iuris auferri nô pôt in cauſis criminalibus.
48 Princeps non vtitur plenitudine poteſtatis in nô ſubditum.
49 Princeps ſubdito nô citato non poteſt actum facere per quem dñium ſibi de iure gentiũ queſitum auferatur.
50 Princeps nô tollit citationem.
51 Poteſtas eſt de genere bonorum.
52 Citatio requiritur quando cauſa deciditur cum preiudicio tertij per reſcriptum.
53 Sententia diffinitiua ex falſa cauſa lata eſt nulla.
54 Voluntas in dubio nô extenditur ad impoſſibilia.

§ ¶ Côtra Ly. l. ſi donatio. C. de donatio.

55 Princeps priuãs aliquem dominio rei ſue p̃ſumit hoc ex iuſta cauſa facere.
56 Priuilegium interpretat vt minus ledatur ius tertij.
57 Papa ad validitatem actus poteſt fingere expreſſum quod expreſſum non eſt.
58 Factum de facto: de facto reuocatur.

Dominus labia mea aperiat ⁊ ſpiritusſanctus illuminet intellectũ. ¶ In cauſa que vertitur inter capitulum canonicorũ ſancti Ioannis lateranenſis ⁊ reuerendiſſimũ cardinalẽ de ſabellis ⁊ fratres ex parte vna. ⁊ capitulũ canonicorũ baſilice ſancti Petri ex alia ſuper iuribus caſtri ſancti Petri informis: qñ coram venerãdo collegio auditorũ res agitur: quibus nihil incognitũ eſt in eo iure in quo verſat: ⁊ qꝛ multa veniũt diſcutienda ſubſtãtialiter loquendum eſt in dicendo multu3 ⁊ non multa: quare cũ in cauſa iſta diuerſa ſint iura capituli canonicoꝝ ſancti Io. que deducũtur ⁊ diuerſa illa que a reuerendiſſimo cardinali ⁊ fratribus hãc côſultationem diuido in duas partes. ¶ In prima parte proſequor an capitulũ canonicoru3 eccleſie ſancti Io. pro iurib' ſuis obtinere debeat. In ſcda parte an reuerendiſſimus cardinalis de Sabellis ⁊ fratres pro eorum iuribus iuſtitiã foueãt. ¶ Circa primã partẽ conſultationis: qꝛ ex his que in facto narrantur totũ ius ⁊ totum pondus iuriũ capituli canonicoru3 ſancti Io. côſiſtit ſuper virtute inſtri venditionis facte de dicto caſtro ſancti Petri informis a Iacobello de viſinis Nicolao de ſabellis in quo narrat dictum caſtrũ pertinere ad dictũ Iacobellu3 vigore côceſſionis in emphyteoſim eidem Iaco. facte per capellanos capelle ſancti Ia. ſite in dicta eccleſia ſancti Io. in quorum locum vt videtur ſuccedũt hodie canonici dicte eccleſie q capellani de nouo approbant dictã ꝯceſſionẽ ⁊ dictus Nicol. ſoluit ducatos quinq3 ꝓ vno calice ⁊ obligat ſe ad annuũ cẽſum. In primis videndũ eſt an quid p dictũ inſtrm probet aliquis contractus conceſſiõis facta dictis capellanis ſiue cẽſualis ſiue emphyteotic'. ¶ Scdo qualis côtractus ꝓbet poſito qꝺ ꝓbet ꝓut in dicto inſtrumẽto narrat. qꝛ queſtio eſt pendit quã eſt qualis eſt: vt dicit philoſo. in li. poſteriorũ. ¶ Primũ decidit p tex. in aut. ſi qs in aliquo. C. de edendo. nam in inſtrumento de quo agimus enunciatur aliud inſtrm côceſſionis in emphyteoſim facte a dictis capellanis dicto Iacobello de viſinis. quo caſu qñ in vno inſtro ſit mentio de alio illud nô ꝓbatur niſi producat vt eſt caſus clar' in. d. aut. ſi quis in aliquo. Nec obſtat q inter † eaſdem perſonas 1
¶Diuino numine repetito.Subtiliter ⁊ ad plenum ⁊ allegatū ſuperius ſup dicto dubio p prefatos excellētiſſimos doctores et preceptores meos obſeruādiſſimos.Et ↄcluſum ē ꝙ iuri ↄgruit ⁊ ēt eqtati vȝ dictū ciuē piſtorieñſem nō teneri ad ſolutionē gabel le in ciuitate piſtorieñ.nā vt ſubtiliter deducit primus cōſulens lȝ ſtatutū piſtorieñſe qđ expreſſe ligat ↄſummātes matrimoniū ex tra ciuitatē piſtoriȷ̄ videat ēt extra territoriū ligare voluiſſe:tñ cū dictū ſtatutū loqnat tñ de his q cōſumauerūt matrimoniū extra ciuitatē piſtoriȷ̄ nō autem de his qui caperent vxores extra ⁊ ibi facerēt ↄctū dotis dotē reciperent ⁊ matrimoniū cōſummarent tāquā exorbitās ⁊ odioſum non dȝ cōprehendere dictum caſum de quo agit ⁊ vt minus corrigat ius cōe per iura ſuperius in ſiſi allegata.p qua concluſione ⁊ doctrina bñ facit qđ not.Pet.de anch.cōſi.cclxv.inci.in xpi noīe amē.ꝓmittēdū eſt qđ iſta pedagia ⁊c.vbi cōſuluit qđ ſi ſtatuto ciuitatis cauetur qđ debeat ſolui ga bella ſeu pedagiū p equis iumētis ⁊c.dȝ intelligi tale ſtatutum de his q̄ negociationis cā conducētur nō vſus ſui cauſa.⁊ hic cō cordat cū iure cōi quo ſolui non dȝ.c.q̄ꝓ.de cenſibus lib.vi.C.ve no.vecti.per totū.c.ſup q̄buſdā.de ver.ſig.⁊ ideo de eqs ſup qui bus equitāt trāſeūtes nō tenent ſoluere pedagiū q̄r dicuntur cā vſus perſonarū ad equitādū ſm eū ex cuius verbis apparet qđ illa vulgata doctrina que hȝ qđ ſtatutū exorbitās ⁊ odioſum nō dȝ cōprehēdere caſum diuerſum a ſtatuto ⁊ interꝑtari vt ius cōe minus ledat punctualr̄ hȝ locū ēt in materia gabellarū ſoluēda rū ⁊ cōſonat eqtati ēt ꝓdicta cōclōne p eadē re bis quis grauet cōtra ea q̄ habent in.l.incola.⁊.l.ſi.§.itē reſcripſerūt.ff.ad muni. ⁊.l.titia.§.q in vita.de leg.ij.⁊ glo.in.l.i.de mulie.⁊ in quo loco.⁊ hoc etiā bñ facere videt qđ ↄſuluit Bar.in conſi.ſuo.lxvij.incip. ſatis dubie queritur ſi primo ⁊c.qđ ſi primo factū fuit inſtrm vñ gabella ſolui debeat ei ſoluta fuit ſemel ⁊ ipſuȝ inſtrm fuit.cōbu ſtum vel rogitus ex quo nō erat extractū inſtrm ⁊ ob hoc ne res pereat iterū inter eaſdē ptes fuit factū de eadem re inſtrm nō dȝ ſolui iterꝫ gabella q̄r ſufficit ſemel ⁊ q̄r bona fides nō patitur vt idē bis exigatur.l.bona fides.de regu.iu.ſm eū latius ibi ⁊ ſic eſt in decima quod ſemel decimatus nō debeat iterū decimari mul tofortius in gabellis.nam decime fauorabiles ſunt gabelle vero odioſe ⁊ cōtra ius cōe ſm Bal.in.l.ſi a dño vel pre.§.fructus.ff.d pet.here.nec dñium florētinū faciēdo gñalem reſſōnē ciuitati pi ſtorieñ cenſet voluiſſe qđ exigant gabelle ab illis q contraherent ⁊ ſoluerēt in ciuitate florentie.⁊ facit qđ no.Bal.in.l. milites.in ſi.C.de teſta.mili.vbi dicit qđ non credit qđ reſpublica per gñale arbitriū cōceſſum ciuibus cōceſſerit cōtra ſeipſum ⁊ ↄ iura ſiſca lia per.l.ſi pecuniam.§.ſunt.ff.de pe.leg.⁊ idem Bald.in.l.ij.C.ad ſeruus ex ſuo facto facit tex.in.l.licitatio.§.ſiſ.ne.⁊ qđ ibi Bar. ff.de pub.⁊ in illa qōne qđ ciuitas vēdēs gabellas non tenet em ptori ſoluere gabellas.⁊ maxime q̄r eſſet iniquū vt duplici onere gabellarū ipſi ſubditi onerarent qđ iniquū ⁊ illicitū non vr con ceſſum in gñali cōceſſione vt per Bal.in.l.milites.⁊ dixit Bar. per illū tex.in.l.i.C.de ↄdi.ob cām.qđ caſus omiſſus nunq̄ intelli gatur pmiſſus ſi ei⁹ pmiſſio induceret delictū.⁊ qđ id qđ pt̄ fieri abſq̄ delicto nunq̄ includit delictum.⁊ dicit Lappus deciſione xxvij.incip.prio querit col.ij.⁊ ſequit do.in.c.cum qui de ꝓben. in.vi.quaſi in ſi.qđ non incurrit penā illius capl̄i ex facto pcura toris qui datus gñaliter nō cenſet datus ad illicita ⁊ in mādato non preſumit illicitū ⁊ qui illud allegat ꝓbet ſm Ro.vt li.pen. nil inno.deciſio.vi.⁊ cū in dubio interpretari debeam⁹ vt quis liberet a ſolōne gabellarū vt pȝ ex no.p Bar.l.i.ſi pupillus.i ſi. prin.ff.ad.l.fal.dȝ iudex fauorabilem ſe exhibere erga dictū ciuem piſtorieñſem a quo petitur iterum altera gabella maxime aduer ſus gabellarū exactores quorꝫ mores qui vt plurimū ſunt pȝ ex his que dicit Ulp.iuriſcon.in.l.quāte audacie quātēq̄ temerita tis ſint.ff.de public.¶Ex quibus omnibus vt.ſ.ↄcluſum eſt per ſupra dictos excellētiſſimos preceptores meos de ſubſcriptione requiſitus arbitror iuris eſſe ego Robertus de ſtrozis ⁊c.

¶Subſcriptio domini Angeli.

¶Diligēter thema ꝓpoſitū intuēti videret prima facie dōm di ctū ſer Marianū ad ſoluēdas dictas gabellas i ciuitate piſtoriȷ̄ cogi poſſe.lȝ eū varie ſint opi.an ciuis cōtrahēs extra territoriū liget ſtatuto patrie ſue p.l.mercatores cum ſi.C.de cōmer.⁊ mer cat.⁊.l.ij.C.de eunu.cū ſi.tñ indubitata cōcluſio exiſtit quod ſta tutū pōt ligare ſubditū ſuū ↄhentē extra territoriū expreſſe ſup eo diſponēdo vt.l.ſi.ff.de decre.ab or.facien.⁊.l.i.C.nō licere hab. lib.xi.⁊.d.l.mercatores ⁊ pūctualiter notāt Cy.Bar.⁊ Bald.in l.cunctos populos.C.de ſum.trini.⁊ fide catho.ad qđ bene facit tex.in.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eorum.⁊ hoc expreſſe ſumat Bal.in.d.l.mercatores.⁊ in.d.l.ij.de eunu.⁊ Bar.in.d.l.cūctos populos in.viij.q.⁊ Bal.in.l.ſi quis in hoc gen⁹.C.de epiſ.⁊ cle. cōcludentes quod ea que gerūtur per ſubditos extra territoriū ligātur ſtatuto ſi hoc expreſſe in ſtatuto diſpoſitum fuit ꝙ etiaȝ ſequutus eſt Ange.in ſua diſputa.incipiēte bononieñſis ſue ciui tatis bannitus ⁊ in repeti.l.ſi vacantia.C.de bo.vacā.lib.x.poſt Cy.in ſua diſputatiōe incip.rector ciuitatis ſenarū ⁊ Pet.de anc. in.c.poſtulaſti.in.ij.opp.de foro.cōpe.⁊ canoniſte in.c.vt aiarum. de cōſti.in.vi.ſtatuto aūt piſtorienū expreſſe diſpoſitum eſt piſto rieñſes etiā extra territoriū piſtoriȷ̄ ↄhentes ob gabellā cogēdos eſſe ergo dict⁹ ſer Marianus licet extra territoriuȝ ⁊ in ciuitate florētie cōtraxerit tñ poſtq̄ ita expreſſe ſtatuto cauetur in dicta ciuitate piſtoriȷ̄ gabellā predictā ſoluere cogendus eſſe videtur. ¶Preterea cū bona ſint poſita in territorio piſtorieñ.⁊ ſic ſolu tio ⁊ effect⁹ ↄtractus in locis ↄtrahētiū collati ſint in eodē loco ↄtractū celebratū eē dōm vr̄ iuxta.l.ↄtraxiſſe.ff.de act.⁊ ob.⁊ idō ſtatuta loci collate ſolōnis inſpiciēda ⁊ ſeruāda vident p.l.q̄ro cū ſi.ff.de ſolu.p quā rōnē ita in terminis decidere videt Bald.

in.l.multũ.§.ſi quis alteri.vel ſibi vbi format q̃õnẽ ſi ſtatuto peruſino cauet φ de q̃libet ꝯtractu ſoluat gabella ſi duo peruſini cõtraxerũt in ciuitate aſſiſij ⁊ ſolutionẽ cõtulerint peruſij an peruſij gabella debeat. ⁊ decidit φ ſic: q2 ꝯtractus celebratus dr̃ in ciuitate peruſij. ⁊ lʒ hoc ſit ex aliquali fictiõe tñ cum hʒ tñ plurimũ veritatis: ⁊ illud eſt potiſſimũ. nã hʒ verũ cõſenſum ⁊ verã voluntatẽ q̃ ibi eſt vbi vult eſſe vt.l.nihil.ff.de capti.⁊ poſtli.reuer. ex his igitur ⁊ multis alijs que dici poſſent videretur prima fronte cõcludendũ ad gabellã ſoluendã dictũ ſer Marianũ teneri. q̃bus tñ ⁊ multis alijs que dici poſſent nõ obſtãtibus ꝯtrariam ſententiã de iure verã fore arbitror. Pro cuius veritate dilucidanda ꝓſuppono φ gabella q̃ venit ſoluenda rõne cõtractus ſemper dʒ in loco celebrati ꝯtract9 ſolui etiã ſi bona ſint poſita i alio territorio ⁊ aliquis ex cõtrahẽtibus ſit ſubiectus loco illi9 territorij. ita in terminis dicebat Bald.per illũ tex.in.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eoꝝ.q2 tñ eſt in loco celebrati ꝯct9 peraguntur ſolẽnia ⁊ ibi perficitur conuentio: ⁊ idẽ voluit Bal.p illũ tex.in.l.j.C.de ꝯhen.emp. in ver.quarto.vbi queritur ſi de ꝯtractu emptionis ⁊ venditionis debeat ſolui gabella an debeat ſolui an i loco ꝯtractus i loco vbi res eſt ſita an vtrobiq3. ⁊ rñdet φ cum gabella ſit onus cõuentionis ſeu obligationis nõ onus rei tradẽde idõ inſpicitur tñ eſt locus vt pʒ i.d.l.j.itẽ q2 ſʒ eã i forma ꝯtract9 inſpicitur loc9 ꝯtractus ⁊ ſic vult Bal.in loco ꝯtractus gabellã ſoluendã eſſe ⁊ nõ vtrobiq3 ſeu in loco vbi res eſt ſita idẽ voluit in.l.i.C.vbi ꝯue.qui certo loco dare ꝓmiſit vbi q̃rit ſi ꝯtractus eſt celebratus eſt peruſij ⁊ Bononie collata ſolutio in quo loco gabella veniat ſoluenda an peruſij an Bononie an vtrobiq3. ⁊ ꝯcludit φ peruſij: q2 ſolutio gabelle ptinet ad cõfirmationẽ ꝯtractus.ergo dʒ inſpici loc9 vbi ꝯhit.i.loc9.vbi ꝯct9 inter partes abſoluitur ſicut i ſolẽnitate allegat no.in.l.ſi fund9. de euic.ita etiã ꝯſulẽdo firmat Bal.in cõſilio ſuo incip.ſtatuto ciuitatis.vbi cõſuluit φ ſi ciuis lucan9 habẽs peruſij bona exiſtẽs luce ea vẽdiderit vl̃ legauerit φ gabella debeat cõi Luce vt.l.gai9. ff.de le.ij.cui conſilio ſubſcripſerũt Pe.de anc.⁊ alij q̃ꝑlurimi doc.idẽ etiã voluit Bal.i.l.vniuerſa.C.de prec.ĩpe.offe.⁊ idẽ Bal. in.l.arbitraria.ff.de eo qđ cer.lo.ad idẽ etiã qđ voluit Ange.in.l. fin.ff.de iuriſ.om.iu.vbi dicit q̃ſtante ſtatuto φ de quolibet ꝯtractu ſoluatur gabella nõ ligabit ſubditos ꝯhẽtes extra territoriũ. hanc eandẽ concluſionẽ firmat ꝯſulẽdo do.Nell9 de ſctõ Gemi.in conſi.ſuo incip.in nõie pris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſancti amẽ.q2 ſuper ꝑdicto articulo vbi etiã ponit aliã ſecũdã ꝯcluſionẽ q̃ preſupponi dʒ in materia iſta vʒ φ duplici onere eiuſdẽ gñris grauari gs nõ dʒ vt.l.incola.cũ.l.ſi.§.idẽ referũt.ff.ad muni.⁊.l.titia.§.q̃s vita.ff. de leg.ij.idõ tñ eũ ciuis idẽq3 incola i loco icolat9 ꝯhit ibi cogitur ſoluere gabellã nõ in loco in quo eſt ciuis vt in.l.incola etiã io.ff. ad muni.nõ eñ bino loco ſoluẽda gabella talis eſt vt.d.l.incola. ⁊ ita etiã firmat gl.cõiter approbata in.l.j.C.de mulie.⁊ in quo loco.quã ibi ſequitur Bar.⁊ Bald.de cu.⁊ in.d.l.neminẽ.idẽ ꝓbatur in.l.priuate.⁊ ibi no.Bar.C.de excu.mune.li.x.Ad idẽ qđ voluit Bar.in.l.ſi pupillus.§.i.⁊ in.l.neſcien9.ff.de execu.tu.⁊ lʒ Bar. in.l.ſancimus.C.de conſul.lib.x.in quibus locis deciduntur infinite q̃õnes per doc.hac rõne moti: q2 iniquum ⁊ abſurdũ eſt que eiuſdẽ rei accuſatione duplici gabella aut onere grauari vt.§.q̃s in vita. Ex quibus ſupradictis refertur clara deciſio ꝓpoſite q̃õ. cũ eñ ſer Marianus emerit in ciuitate florentie domiciliũ hñs in ea tpe celebrati cõtractus abſq3 dubio in loco cõtract9 ꝑfecti ⁊ celebrati gabella ipſa ſoluẽda veniebat lʒ ipſe ordinarius piſtorienſis eſſet ⁊ in comitatu piſtorienſi bona ipa poſita eſſent ⁊ ne duplici onere ꝑgrauetur in ciuitate piſtorienſi nullo mõ cogẽdus eſt vt ex ſupra dictis apparet. Ad que bene faciũt not.in.l.ciues. C.de incol.li.x. Licet igitur ⁊ p cõſtanti poſito qđ gabelle ptineant ad ciuitatẽ piſtorij p reſtõnem factã de redditib9 a ciuitate Florẽtie tñ nõ dʒ de his cõtractib9 celebratis in ciuitate Florẽtie gabella piſtorij perſolui.q̃ cõcluſio etiã cõfirmabitur ex his que ſubdã rñdẽdo ad ꝯtra. Nõ eñ obſtãt q̃ in ꝯtrariũ allegata ſunt. de iure enim cõi clariſſimũ eſt gabellã in loco celebrati cõtractus cũ ſit onus cõuentioni appoſitũ ꝑſolui debere ⁊ nõ alibi vt ex ſupradictis pʒ. ſolũ igitur vidẽdũ eſt nunqd ex diſpõne ſtatuti piſtorienſis expreſſe diſponẽtis φ in quacũq3 parte mũdi fiat ꝯtractus ⁊c. talis diſpoſitio iuris cõis in totũ correcta cẽ dicatur adeo φ in ciuitate piſtorij oĩno veniat gabella ꝑſoluẽda de talib9 ꝯtrib9 qđ vr̃ p obiecta in ꝯtrariũ. q̃bus pluribus modis rñderi põt ⁊ his nõ obſtãtibus cõcluſionẽ ſ.firmatã ſeq neceſſariũ eſſe arbitror. Primo nãq3 rñdeo φ cũ ſer Marian9 ꝯdixerit incolatũ in ciuitate Florentie per longã habitationẽ ibi factã per longum tpſ cũ tota familia aĩo ibi perſiſtendi ⁊ nõ abeũdi iuxta no.in.l.ciues.C.de incol.⁊ in l.heres abſẽs.§.i.ff.de iudic.⁊ in.l.aſſumptio.§.iure.ff.ad muni.et no.Bar.in.l.lex cornelia.§.ſi tamẽ.ff.de iniur.⁊ gloſ.in.c.dilect9. de reſcrip.⁊ doc.in.c.ex parte.de foro com.de contractibus ⁊ actibus geſtis per eũ in ciuitate Floren. merito non ligatur ſtatutis ciuitatis piſtorij.lʒ eñ aĩs domiciliũ originis nõ perdatur vt.d.l.

aſſumptio.tñ vbi acquiritur domiciliũ ſuperioris ⁊ dñi loci ſue originis ꝑducuntur iura loci originis ⁊ remanẽt iura domicilij dñantis cũq3 fortiora extinctis qualitatib9 loci inferioris.l.hos debitoris.§.i.⁊.l.generaliter.ff.de fideiuſ.in eodẽ enim ſubiecto iura ſuperioris ⁊ inferioris cadere nõ põt vt ad propoſitũ probat tex.in.l. in fidei.§.ſenator.ff.ad muni.⁊ hr̃ per glo.⁊ doc.in.l.ſi eius.§.celſus.eo.tit.ergo dictus ſer Marianus per domiciliũ ciuitatis ſuperioris acq̃ſitũ qualitates inferioris domicilij ⁊ originis ꝑdidit. ⁊ ideo eoꝝ ſtatutis nõ ligatur neq3 cõprehẽditur.ciuis eñ loci ſuperioris ſtatutis inferioꝝ nõ cõprehẽditur neq3 ligatur: tũ q2 hoc expreſſe ipſa ciuitas inferior facere nõ potuiſſet iuxta l.eã magiſtrat9.ff. de arbi.tũ q2 ſub gñali diſpõne nõ intelligitur.l.iſcius.§.pe.ff.mã. ⁊ in.l.ſi vxor filio.⁊ qđ ibi note.de dona.in ter vir.⁊ vxo.per quas rõnes ꝯſuluit.d.Nellus in cõſil.incipiẽ.ſup puncto qđ ſtatutum inferioꝝ diſponens bona nõ poſſe alienari in nõ ſubditos nõ ligat ciues ciuitatis ſuperioris. ¶ Secũdo rñderi põt qđ ſtatutũ ꝑdictũ gñaliter loquẽs nõ vendicat ſibi locũ neq3 cõprehendit ꝯct9 factos in ciuitate ſuperiori neq3 ꝯtractus cũ ſuperiore factos: tũ q2 hoc expreſſe facere non poſſet vt.xxi.di.inferior.⁊.d.l. nam magiſtratus.tũ etiã q2 ꝯtrũcũq3 gñali ſtatuto nõ vr̃ dec eſt credendum piſtorienſes voluiſſe de talibus ꝯtribus diſponere ꝑcipue cũ iuriſ ſuperioris ꝑiudicet vt.l.j.de offi prefe.vrb.⁊.c.venientes extra de iure iu.⁊ p cano.ibi. Preterea in reſtõne factã de introitib9 ⁊ gabellis p cõe florẽtie per verba q̃ntumcũq3 gñalis ⁊ ampla nõ cenſentur reſtituta ea per que diminuitur iuriſdictio ſeu autoritas cõis florẽtie ſeu quoquo modo eis ꝑiudicari poſſit vt.l.ꝓhibet.§.plane. ⁊ qđ ibi no.Barto.ff.qđ vi aut clã.⁊ in.l.quod peculiũ.§.ſicut.ff.de pecu.⁊ in.l.ſi.ff.de cura.fu.⁊ ideo nõ cẽſetur in tali reſtõne cõceſſa autoritas ipſis piſtorienſib9 exigẽdi gabellas de ꝯtribus p ipſum cõe florentie celebratis.ad qđ optime facit.c.peritio.extra de iureiur. Et q2 in gñali ſermone nõ venit pſona ipſius loquentis ⁊ concedentis.l.inquiſitio veritatis.C.de ſol.⁊.l.j.C.de ſtrato.⁊ per Jo.an.in regula cui lʒ de reg.iu.in.vi.in mercu.⁊ eſt bonus tex.in l.ſi mercedẽ.§.habitatoribus.ff.de act.emp.vbi lex vel cõceſſio vel diſpoſitio nõ ligat ipſum ꝯcedentem p quẽ tex.no.ibi decidit Ja. de are.qđ ſtãte ſtatuto q̃ filiusfamilias non poſſit obligari: iñ poterit obligari fiſco.de q̃ materia p doc.in.l.ſi cõſul.ff.de adop. ⁊ p Cy.⁊ Bal in auſ.q̃buſcũq3.C.de ſac.ſan.ec.⁊ plene in.l.j.i ꝑn. per Moder ff.qđ q̃ſq3 iur.hoc ẽt ꝓbari põt p aliã regulã traditã in.l.ſi hoiem.ff.mã.⁊ in.l.⁊ q̃ neceſſario.§.quib9.C.de no.C.cõpo. ⁊ in.l.forma.de offi ꝑfe.pto.⁊ hoc eſt qđ in terminis cõſuluiſſe videtur Bar.in ꝯſi.incip.ciuitati camerini.in fi.vbi ad propoſitũ dicit qđ a dño duce ducatus nõ põt ciuitas camerini grauari nec eius hoſb9 collecta imponi q2 hoc in gñali mãdato nõ venit nõ igitur dñm eſt vigore dicti ſtatuti piſtorienſi.ligare potuiſſe aut voluiſſe ſubditos ſuos ꝯhentes cũ cõi florentie ⁊ in ciuitate florentie. ¶ Preterea ⁊ tertio rñdeo qđ licet ſtatutũ ſimplr̃ ⁊ indiſtincte diſponat qđ in quacũq3 parte mundi ꝯtractus celebratus ſit debeat ſolui in ciuitate piſtorij gabella.tñ tale ſtatutũ intelligẽdũ eſt q̃ñ in ea pte mũdi celebratur dict9 ꝯct9 in qua nulla gabella de tali ꝯtractu ſoluebatur vt in pleriſq3 partib9 mũdi extat ſtatutũ. ſtatutũ eñ ſemp ſic intelligitur vt ad concordiã cũ iure cõi reducatur vt.c.dilect9.de cõſue.⁊ in.l.ſi ſerui veſtri.de nox.⁊ in.c.conſtõ.de elec.in.vi.recipiũt eñ limitationẽ ⁊ interpretationẽ ſtatuta ꝑdicta a iure cõi vt.l.nã ⁊ poſteriores.ff.de legi.⁊ p tex.in auſ.offeratur.C.de lit.cõteſta.iũcta.l.ſciendũ.in prin.ff.qui ſatiſ.cog.⁊ idõ dicit no.Bar.poſt glo.in.l.ſi.§.in cõputatiõe.C.de iure deli.qđ ſi.l. mũicipali cauetur qđ heres teneatur inſolidũ interpretatur ſcđʒ iuris ciuilis cenſurã de eo q̃ nõ cõfecit inuentariũ.idẽ voluit Bal.in.l. ſi.§.ſi ꝑfatã.ad idẽ qđ voluit ipſemet Bald.in.l.j.§.fin.C.qui bo.ce.poſ.dicẽs qđ ſi ſtatuto cauetur qđ infra guarẽtigiata mandentur executioni p carcerationes ⁊ quãuis alia via interpretatur niſi talis debitor cedat bonis ⁊ ſic reſtringitur ⁊ limitatur a iure cõi.ad idem qđ voluit in ſiñ Ang.in.l.ſi vacãtia.C.de bo.vac.li.x.⁊ Bal.propterea in.l.imperator.ff.de ſta.ho.dicit qđ ſtatutũ ꝑmittẽs percuſſum repercutere limitatur a iure cõi.ſ.qđ faciat cũ moderamine inculpate tutele.ad idẽ qđ voluit Bal.in.l.terminato.C.de fruc.⁊ lit.expẽ. De iure aũt cõi vnica gabella tãtũ ſolui debet ⁊ illa in loco cõtractus ergo ſtatutum intelligendum eſt ſecundũ hanc diſpoſitionem vʒ quod teneatur ſoluere de cõtractibus in quacũque parte mundi factis in qua parte mũdi nõ ſoluerentur alia gabelle: hoc etiã ꝓbatur. Nã ex declaratione ⁊ interpretatiõe iuris cõis deuenitur ad declarationem iuris municipalis vt ſumitur ex gloſſa not.in.l.ſi gemina arbor.ff.arbo.furtim ceſa.⁊ quod voluit Cyn. in.l.cũ.C.de nouo.C.cõpo.⁊ hinc eſt qđ Salyce.dicit ſingulariter in.l.ſi.C.de nox.quod oĩs interpretatio que fit de vna lege ad alterã põt fieri de ipſa lege cõi ad ius municipale q2 argu.a ſimilitudine interpretationis eſt bonũ vt in.l.labeo.de ſta.liber.ſed de iure cõmuni iura diſponunt ciuiſ ⁊ incole pro reb9 in alieno territorio exiſtẽtibus collectas imponi non poſſe in.l.fina.de decre.

ab ordi.

ff. vel ſi.ſacl.z.l.reſcripto.§.ſi.ff.de mune.z hono.z eo mõ ſi iura
diſponūt in loco vbi ſita ſunt poſſunt onera īponi vt.l.forma.§.
ſi vero.ff.de cēſi.tñ predicta iura intelliguntur z limitantur niſi
in alterutro predictoꝝ locoꝝ eſſet impoſita collecta ratiõe dicto
rū bonoꝝ qꝛ tūc non põt in alio loco rõne illoꝝ bonorum colle-
cta imponi.z ideo ſi predia ſunt tributaria in vno loco poſita z
dominus z poſſeſſor ī alio loco domicilii z incolatū habeat nõ
poterit in loco domicilii z incolatus collecta p talibus bonis
imponi ne duplici onere ꝑgrauet.ita in terminis decidit gloſſa
in.l.i.C.õ mulier.z in quo loco.z notat Guli.de cu.i.l.neceſſariā.
C.de ſac.ſanc.eccle.z p Bart.in.d.l.i.z in.d.cõſi.incip.ciuitati ca-
merini.Eodē ergo modo ſtatutū predictuꝫ interpretandum eſt
vcꝫ vt teneant piſtorienſes ſoluere gabellam ſi in loco ꝯctus ſolue
re non teneant z ſic p eandē interpretationē limitabitur diſpoſi
tio predicti ſtatuti.z p hāc rationē etiā hoc in ſimili decidit do.
Meliꝰ de ſancto Gemi.in ꝯſi.incip.pro deciſione hoꝝ dicens qđ
nõ eſt credēdū ſtat interpretandū ſtatuentes voluiſſe ſtatuere ꝙ
pro eiſdē bonis bis gabella ſoluatur qꝛ eſt ꝯ iura.allegat ad hoc
tex.in.l.titia.§.qui in vita.z p regulaꝫ bona fides de regu.iur.in
vi.hāc aūt interpretationē faciendā eſſe ſuadēt omnes regule iu-
ris ne quis damnū indebite recipiat iuxta doctrinā Bar.pcū
traditā in.l.oēs populi.ff.de iuſti.z iur.z no. Bal.in.l.vēditio.§.
tñ cōſtat cōis prediorꝝ p quā decidit qđ ſtatutū diſponēs qđ vo-
lēs edificare poſſit accipere lapides de fundo alterius interpre-
tatur ſoluto tñ precio ne ꝯtineat iniquitatē z ne dāno indebite
aliquē afficiat.reſtringi igit̃ ſtatutū ꝑdictū dꝫ ne dāno rõne du-
plicis gabelle ipſos ꝯtrahentes afficiat.Ex quibus ſine vlteriori p-
ceſſu ꝯcludo dictū ſer Marianū ad ſolutionē dicte gabelle cogi
nõ poſſe de iure nõ obſtātibus in cõtrariū adductis quib' ſatis
pꝫ ex ſupra dictis reſponſum.z ita ſtātibus ꝑdictis arbitror de
iure verū.Ego Angelus dñi Octonis õ Nicolinis iuris doctor.

Conſilium.ccciii.

1 Gabella ſoluitur in loco contractus.
2 Onera ſoluere non debet in loco originis ille qui ſe trāſtulit ad
ciuitatem ſuperiorem z ibi ſubiuit onera.

Dominus labia mea apiat

et ſpiritus ſanctus illuminet intellectū. Placet cõ-
cluſio ꝯ.eleganter firmata in qua ſi quid dici poterat
1 fuit in medium adductū.nam clarū eſt qđ †gabella ſolui dꝫ in
loco ꝯtract' put ꝯ.pbatū eſt.z tenet do.Anto.l.c.ſi.in.iiii.char.
de cõſue.z nõ in loco vbi implementū ꝯctus fieri dꝫ z inde dicit
cautelam eſſe qđ qñ in loco rei ſite eſt ſoluēda gabella qđ in alio
loco ſiat ꝯctus.vñ ſtatutū videt̃ emanaſſe ad obuiādū fraudib'
huiuſmodi.nā ſierent ꝯct' extra territoriū p piſtorienſes in frau
dē gabellarū.in caſu aūt noſtro nulla fraus interuenit cū dict'
emptor cõtraxerit florētie vbi habitabat de quo etiā nõ videtur
ſenſiſſe ſtatutū ſed de habitātibus nõ aūt de alibi domiciliū ha-
bētibus ſoluētibus ibi gabellas ne videat̃ duplici onere grauā-
re voluiſſe.l.titia.§.q in vita.ff.de leg.ii. maxime cum materia ga-
bellarum ſit odioſa z reſtringibilis.Confirmat̃ quia ex quo tale
onus ꝯtrahentes alias fuiſſet ſoluēdū in ciuitate piſtorii ex quo
tñ fuit impoſitū z ſolutū in ciuitate ſuperiori in qua domiciliū
cõtractū erat nõ eſt iterū ſoluendū in ciuitate ſubdita.iſtud pro
2 batur a ſimili.†Nā licet quis teneat̃ ſoluere munera iuſta ꝗ im-
ponuntur pſone p rebus in loco proprie originis vel paterne lꝫ
alterius loci incola efficiat̃ vt cõcludit glo.Jac.de are.z Bart.
in.l.aſſumptio.§.filiꝰ.ff.ad muni.z eſt tex.z ibi And.de barulo.et
Bart.in.l.ſi.C.de muni z orig.li.x.tamen predicta nõ habent lo-
cum quādo quis oriūdus ex loco ſubſtituto trāſfert ſe ad habi
tandū in ciuitate domina z ſuperiori in qua talia munera ſu-
beat ita cõſuluit Lud.roma.in ſuo ꝯſi.cxl.viſis prepoſite queſtio
nis.vbi cõſuluit in aretino q ſe trāſtulit ad ciuitatē florētie.alle-
gat no.p Bar.poſt Guli.in.l.ſi.C.de mulie.z ī quo loco lib.x.ita
voluit Oldra.in ſuo tracta.mune.in.iiii.q.prin.art.verū tñ idem
voluit Bald.in.l.i.§.quilibet a ſic.ff.qđ cuiuſcꝫ vniuerſi.nomine
in vlt.col.idē cõſuluerunt plures aduocati florētini do. Oricus
fermini do.Philippus de corſinis do.Jo.de mõte granio z do.
Bartho.de popoleſchis qꝛ ciuitati per comitatū deferendū eſt
tanꝗ digniori.arg.glo.no.que hoc videt̃ decidere in.l.ciues.C.de
incol.lib.x.qđ oñt fortius ꝓcedere in muneribus mere patrimo-
nialibus.vnde inferēdo premiſſa ad propoſitū cū eſſet incola ci-
uitatis florentie z ibi omnes gabelle ſoluit p̄ut ſoluere tenebat̃ qꝛ
ibi cõtractus erat celebratus ad talem oriundū talia ſtatuta ge-
neraliter loquentia extendi nõ deberet iuris interpretatione pre
miſſa.Quare cū ſim de ſubſcriptione requiſitus z nūcius inſtet
prout ꝯ.eleganter concluſum eſt arbitror iuris eſſe zc.

Conſiliū ccciiii.

1 Soror vterina an veniat appellatione ſororis in ſtatuto.
2 Frater vterinus quare dicatur vterinus.
3 Frater vterinus non dicitur proprie frater.
4 Interpretatio p quam reducitur ad ius antiquum ſequenda eſt.

Dominus labia mea apiat

et ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. Viſo ſta
tuto ciuitatis Aretii ſub rub.de ſucceſ.ab inteſtato.in
verſi.mater inſuper vel aliqs deſcendēs.dubitat̃ an ſuccedat ī he
reditate mulieris ab inteſtato an mater an ſoror vterina.in qua
difficultate ſi eſſemus ī terminis iuris cõis queſtio eſſet decla ꝙ
mater ſuccederet excluſa ſorore vterina.caſus eſt in auf.defuncto.
C.ad tertul.z in corpore vnde ſumitur.difficultatem aūt ī caſu no-
1 ſtro orit̃ ꝓpter dictū ſtatutū in.d.verſi.mater inſuper ꝙ †ſimplr
exiſtibus ſorore z fratre excludit matrē.multi aūt dubium videt̃
ſororē vterinam ſororem appellari.l.iuriſcõſultus.§.ii.gra.ff. de
gra.tñ in ꝯtrā reperio ꝯſiliū p quēdā doctorē inſignē qui moue
tur triplici ratione. Prima ratio eſt qꝛ ſtatutū eſt correctoriū
iuris cõis vt pꝫ in.d.auf.defuncto.igit̃ vba ipſius debent ꝓpie
intelligi.l.ꝯſtitutionibus z ibi Bar.ff.ad muni.itē dñr intelligi
ſimplr z non ſm qđ.l.hoc legatū.ff.de le.iii.ſed ſoror vterina non
eſt ſimplr ſoror ſed ſm qđ a ſorore vterina igit̃ nõ includat̃ in di-
cto ſtatuto correctorio. Scđa rõ eſt:qꝛ cū ſtatutū ſit correcto-
rium z reſtringendum intelligi dꝫ vt minus ledat ius cõe.l.vt gra
datim.§.ſed ſi lege.ff.õ mu.z ho.l.ii.cū ibi no.C.de nox.ſed ſi ſoror
vterina excludit̃ ledit̃ ius cõe tñ in vno:qꝛ mater excludat̃ a
fratrib' z ſororib' vtrinꝗ ꝯiunctis ꝯ auf.defuncto prealligatā.
ſi autem vterina admitteret̃ ad excluſionē matris matris lederet
tur etiā ī alio:qꝛ vterina que a matre excludebat̃ matrē exclude-
ret igit̃ intelligi dꝫ in vtrinꝗ cõiunctis vt minus ledat ius cõe.
Tertia z vltima ratio ē.vba ſtatuti debēt intelligi in potiori
ſui ſignificatu.l.i.§.qui in ppetuū.ff.ſi ager vec.vel emphy.pe.Sꝫ
frater vtrinꝗ cõiunc' dicit frater in potiori ſignificatu. ideo ve-
nit vtrinꝗ cõiunct' tñ z nõ veterin' tñ z ſic ſoror vtrinꝗ cõiū-
cta z nõ vterina.allegabat ꝯſulēs gl.in auf.de conſan.z vteri.fra
tri.ſup ver.minores z ꝙ hoc voluit Ang.in ꝯſi.ſuo.lvi.z Bal.in
l.ſi.C.de ſucceſ.edi.z in ſimili allegabat no.p gl.in.l.fratris.C.de
inoffi.teſt.z Bal.in.l.qđ do.ff.de legi.vbi dicit ꝙ ſtatutū loquēs
in patruo nõ verificat̃ de patruo magno vbi tractat̃ de excluſio
ne feminarū:qꝛ patruus magnus nõ eſt in eodē gradu in quo ē
ſimpler patruus:qꝛ vba intelligi debēt p primo z nõ per poſteri'.
l.q liberis.§.hec vba.ff.de vul.z pupil.z ideo Bal.in.l.iubemus.
in.§.illud.C.ad treb.vult ꝙ ſtāte ſtatuto qđ fratre exiſtente femi
na nõ ſuccedat intelligi dꝫ de fratre exiſte in primo gradu ſucce-
dēte z ſic qui legitime ſuccedere poterat.Ex quibus cõcludebat̃
in ꝯſi.ꝙ ſtatutū ꝑdictū nõ habebat locum in ſorore vterina que
matrē nullo modo excludit.z allegabat ꝙ ad hāc partē tenebat
inſignis doct.Frā.albe.in quodā conſi.incip.an ſtatutum precę-
dens fratrem cui conſi.ſe ſubſcripſerunt.do.Ricar.de ſaly.d.Jo.
de lig.z do.Roſel.are.item ꝙ idem conſuluit do. Bene.de berg.
z do.Maria.Soci.ſenē.genitor meus.z ad iura que voluit quod
appellatione ſororis veniebat vterina reſpondebat ꝙ locum ha
bebant in materia in qua verba non erant ita ſtricte intelligēda
ſed largo modo prout ſtricte intelligi debent in ſtatuto correcto
rio iuxta not.in.l.quod vero.ff.de legi.cum ſimil. Sed dicā put
dicit Philoſo.i.ethicoꝝ.amicus Sortes amicus plato.ſed tñ
eſt in honore veritatem preferre.Nam in hac difficultate multū
probabiliter dici poteſt ꝙ imo mater excludat̃ a ſorore vterina
ex forma ſtatuti ꝑdicti.Iſta cõcluſio pbat̃.nā clarū eſt ꝙ appel-
latione ſororis etiā ꝓpie venit ſoror vterina.itē appellatiõe fra-
tris venit frater vterin':ſed nõ veniūt ſorores vel fratres patrue
les vel ꝯſobrini put loquit̃ Bal.l.i.C.de ſucceſ.edic.z in.l.iube-
mus.C.ad treb.cū cõcor.allegatis per do. Alexā.in.d.l.i.ſed bene
propꝛie appellatiõe fratris veniūt frater z ſoror vterini vel cõſan
guinei.caſus eſt in.l.iuriſcõſultus.§.ii.gradu.ff.de gra.et in.§.ii.
2 gradu inſti.õ gra.Nā vocant̃ vterini nõ †qꝛ nõ ſint fratres z ſo
rores ꝓpie z ſimplr vel rõne improprietatis ſed ad differentiaꝫ
eius qui eſt ex parte tantū vel ex vtroꝗ parte.vñ verbū vterin'
nõ denotat iproprietatē ſed differentiā qđ pꝫ in.d.l.iuriſconſul-
tus.§.ii.gradu.vbi appellat fratres z ſorores vterinos cõſangui
neos z ex vtroꝗ parte:z ſic appellat fratres vtrinꝗ ꝯiūctos. ꝗ
verba vtrinꝗ cõiunctos nõ improprietatē ſed differentiā ſignifi-
cāt.ita etiā vbū cõſanguinei vel vterini in ſimili videmus de mu-
tu z ꝑmutatio z ꝑeno ꝗ dictio ꝑ nõ denotat improprietatē.l.
qui cor.§.i.de poſtulādo.facit optime tex.in.l.adoptiuus filius.
§.ſi.ff.de ritu nuptia.Cū ergo vterina ſit in primo gradu ſeu ī ſcđo
de iure ciuili z ſimplr appellet̃ ſeqt̃ ꝙ ſtatutū loci habens car'
verba dñt ꝓpie intelligi.l.i.§.ſi is q naui.ff.de exercito.tm ꝙ pro-
prie appellent̃ ſorores apparet ſiue capiam' arg.ab enūciatione p
prie ſorores z frēs vt i.d.§.ii.gradu.ſiue ab alluſiõe vocabuli ſiue
a diffinitiõe nõ reperiunt̃ diuerſe in iſtis igit̃ ſtatutū dꝫ ꝓpie in
telligi de fratrib' z ſororib' etiā vterinis:qꝛ ſunt ꝓpie fratres z

ſorores. Nec ex eo qđ mater excludatur a lucro hereditatis ſibi
delato de iure cōi vba ſtatuti ſunt reſtringenda quominus intel-
ligantur generaliter ſm propriū ſignificatū imo illis verbis ſtan-
dum eſt. l. proſpexit. ff. qui & a quibus. & no. Bar. in. l. oēs po-
puli. ff. de iuſti. & iur. in. vj. q. prin. in materia interpretationis re-
ſtrictiue. ¶ Cōfirmat iſta cōcluſio autoritate multorū doc. Nā
Bar. in. l. lucius. §. queſitū. ff. de leg. ij. dicit quo fratres appellā-
tur primi fratres. ſ. cōſanguinei vł vterini q ſunt in ſcđo gradu.
3 allegat. d. l. iuriſconſul. §. ij. gradu. † aliȷ eſt non appellant ꝓprie
fratres niſi cum aliqua additione vt fratres, patrueles et ſimiles
vt. d. l. iuriſcōſultus in. §. iiij. gradu. & ſic vult clare Bart. qđ pri-
mi fratres. ſ. cōſanguinei vł vterini ſunt proprie fratres vt di-
cit Bal. in. c. j. de feu. march. & in. l. iubemus in fine. C. ad treb. et
in. c. que in eccleſiarum. de conſti. & Angel. in. l. j. ff. de inoffi. teſt. et
Imo. in. l. ſi dotali. ff. ſol. ma. Et ibi late per do. alex. qđ ſtatu. cū fa-
ciens mentionem de fratre intelligit de fratre ſimplici & nō de
patruele per. d. l. iuriſcōſultus. §. ij. gradu. & §. iiij. gradu. & ſic cō-
cludunt qđ frater cōſanguineus vł vterinus de quib' in. §. ij. gra-
du dicit fratres ſimpliciter & proprie & includuntur a ſtatuto qđ
proprie & ſtricte intelligi debet. & ita pari rōne dicendum ē in ſo-
rore vterina q2 nō minus ꝓprie ſoror vterina dr proprie ſoror vte-
rina ꝙ frater vterinus dicat frater vt eſt caſus in. d. §. ij. gradu.
¶ Cōfirmatur iſta cōcluſio ſi recte inſpiciātur verba ꝑdicti ſta-
tuti vult eīn qđ mater & aſcendentes per matrē excludantur nō
autem dixit coniunctos per matrem ne videretur excludere fra-
tres & ſorores vterinos quos admittere volebat ad excluſionē ma-
tris cum excluſa radice ſoleant excludi deriuātes ab illa iuxta no.
per Bal. & alios in. l. maximum vitium. C. de libe. preteri. Item
ſtatutum in ver. ſeq. quod incipit frater vero defuncto qñ vult fa-
cere, mētionem de pluralitate vinculorum exprimit de frē vtriꝗ
cōiuncto ita etiam feciſſet in ver. ſeq. qđ inci. mater inſuper. l. vni-
ca. §. ſinautē ad deficientis. C. de cad. tol. ꝑterea vult ſtatutū in ver.
fratre. quod cōſanguineus ita excludat ſororē vtriꝗ cōiūctam
ſicut vtriꝗ coniunctus. ſoror aūt vtriꝗ cōiuncta hꝫ potētius
ius ꝙ mater ex forma dicti ſtatuti cū mater ab ea excludat igit
qua rōe inter. fratre veri. &c. conſanguineus excludit ſororem
vtriꝗ coniunctam fortius cenſendum eſt ſtatutū in ver. ꝓcedē
ti. mater inſuper voluiſſe fratrem cōſanguineū excludere matrē.
faciunt no. per pau. de ca. & Moderni. in. l. illam. C. de colla.
¶ Ex quibus infero in propoſito qđ ſtatutum in ver. mater in
ſuper &c. indubitāter dū facit mentionē de fratre non reſtringit
ad fratrem vtriꝗ cōiunctū. ſed ēt dꝫ intelligi ēt đ fratre ex vno la
tere tm̄ ſcꝫ cōſanguineo & ꝗ rōne de cōſanguineo pari rōne ēt de
vterino. & qđ dr de fratre idē de ſorore cōcludendū eſt. qđ vltimū
confirmat q2 nō eſt dare rōnē diuerſitatis quare magis voluiſſet
cōtra matrem venire ſororē vtriꝗ cōiunctā ꝙ vterinā q2 nō ꝑt
dici hoc voluiſſe rōne cōſeruande agnationis q2 ſicut p vterinā
nō cōſeruatur ita p vtriꝗ coniunctā. vt per Bal. & alios in. d.
l. maximum vitium. Item non ex eo quia ſoror vtriꝗ cōiuncta
ſit agnata & hoc duplici reſpectu. Primo quia etiam ſoror con-
ſanguinea eſt agnata & tamen nō includeret ſm dcm̄ intellectū.
¶ Secundo q2 licet ſoror vterina nō ſit agnata. tn̄ hꝫ iura agna-
torū caſus eſt in. l. meminimus. C. de leg. hered. vnde ex premiſ-
ſis cōcludi videtur ſatis clare quod etiam ſoror vterina includit
a ſtatuto ad excluſionem matris. ¶ Ex quibus patet rñſio ad al
legata in ꝯtrarium & ad primum quod ſoror vterina eſt ꝓprie & ſim
pliciter ſoror vt probatum eſt ideo ſtatutum in ea verificat. Ad
nullū ob. ſecūda ratio q2 in caſu noſtro ſtatutum nō eſt ſed debet
intelligi proprie ex quo nullus indebite dānum patitur: ſꝫ tāntū
modo a lucro excludit. d. l. ꝓſpexit. ff. qui & a qb' vt. ſ. ꝓbatū ē
nec ob. vltimum qđ verba ſunt intelligenda in potiori ſignificatu
q2 illud eſt verum qñ ſi non intelligerent in potiori intelligeren-
tur in ſignificatu improprio, & ita loquitur tex. in. d. §. q in perpe-
tuum ſed qñ ſntelligunt in proprio ſignificatu ſatis eſt licet non
in potiori: q2 verba debēt proprie intelligi. d. l. a. §. ſi is q nauē. & in
materia ꝓpria pꝫ ex autoritatibus. ſ. alleg. ¶ Et ad autorita-
tes i ꝯtrarium dico qđ plures autoritates ſunt pro iſta pte qđ cōti-
nent in ſtatuto ſtricte interpretādo oēs fratres & ſorores q contī-
nent in. d. l. iuriſconſultus. §. ſcđo gradu quas. ſ. adduxi. & plu-
res alie relate per dñm Alex. in. d. l. ſi dotali. & in. d. l. j. C. de ſucceſ-
edi. Et ſic poſſet multū probabiliter cōcludi ꝯtra illa cōſilia ioꝛe
dictis rationibus & autoritatibus. ſi vo dominus iudicās du-
bitaret matrem in totum excludere pōt eligere mediam viā ſci-
licet matrem & vterinam ſimul admittere & licet hoc nō colliga-
tur ex verbis ſtatuti expreſſe. aperte tñ colligi pōt ex duobus poſi
to ꝙ fratres & ſorores non vtriꝗ cōiuncti matrem excluderēt
iuxta aliam interpretationem que an procedat dictum eſt.
¶ Primo nam ſtāte aut. defuncto. C. ad tertu. ſoror vterina admit-
tebatur ſimul cū matre vt eſt caſus in aut. de nup. §. & qñ. re et in
aut. et cum ſolis. C. ad tertu. & ſic mater habebat idem ius ꝙ fra-
ter vel ſoror cōſanguinei vel vterini per aut. defuncto. fuit tribu-
tum potius ius. ſ. ꝙ ipſa excluderet fratres cōſanguineos & vteri-
nos: item & ſorores & vterinas & cōſanguineas ſꝫ p ſtatutū ſare-
tinum mater reducitur ad ius minus potens ꝙ haberet tēpore
aut. defuncto q2 excluditur a fratrib' et ſororib' vtriꝗ coniū-
tis & ſic non vult quod habeat illud ius in ſuccedendo q habent
fratres & ſorores vtriꝗ cōiuncti. igitur eſt redacta ſicut erat tē-
pore aut. & cum ſolis ſcilicet qđ habeat idem ius quod habent
fratres & ſorores ex vno latere tantum: & ſic concludendū eſt qđ
pariter ſuccedant ſm terminos dicte aut. & cum ſolis. Confir
mat hoc in ſimili. nam licet de iure cōmuni frater vtriꝗ cōiun
ctus excludat fratrē ex vno latere tantum. aut. itaꝗ. C. cōmunia
de ſucceſ. tamen ſi ſtatutum nō conſiderat vinculum maternum
q2 excludit coniunctos per matrem: tamen reducitur res ad ius
antiquum & pariter ſuccedunt ſm Bal. ſingulariter et Mode.
ſequuntur in. l. j. C. de legi. hered. ita in caſu noſtro ex quo auferē-
tur matri ius ſuccedendi vt tantum ſuccurrat cum fratribus &
ſororibus vtriꝗ cōiunctis ſed excludat redacta eſt ad ius anti-
4 quum: & ſic debet pariter admitti † & ſequenda eſt illa interpreta-
tio per quam reducit ad ius antiquum. ad hoc glo. ſingu. in. c. ſta-
tutum. in ver. numerandā. de prebē. in. vj. & voluit Fede. de ſe. in
conſi. lxxxix. in fin. & Pe. de anch. & dñs Abb. in. c. ex parte lal-
timo. extra de pecu. & traditur in. c. ſuper eo. extra de cogna. ſpi. & li-
cet prima concluſio quod mater excludat in puncto iuris ſit for-
te vera: tamen iſta opinio vltima quod ſimul admittat multū
placet. Laus deo.

¶ Ita iuris arbitror ego Barthol. Socinus ſenenſis Juris
vtriuſꝗ doctor.

F I N I S

¶ Secunde partis conſiliorum Mariani ꝛ Bartholomei de Socinis Senẽſium eruditiſſimorũ iuriſcõſultorũ precipuas ꝑdens deciſiones Index alphabeticus feliciter incipit.

Abſens an poſſit legitimari ꝛ an ſufficiat ratificatio.conſi.ccxij.nu.3.fo.61.
¶ Accipere eſt verbũ multum generale.conſi.ccix.nu.1.fo.61.
¶ Actio an oriatur ex ꝓmiſſione de vidẽdo.cõſi.clxxiiij.nu.5.fo.32.
Actio ex teſtamento an ſit bonefidei.cõſi.clxxiiij.nu.7.fo.32.
Actio perſonalis vel hypothecaria an trãſeat ſine ceſſione.conſilio clviij.nume.30.fo.11.
Actio ſine ceſſione an cõpetat creditori contra donatarium.conſi.ccxxxvj.nu.1.fo.81.
Actione mandati quis teneatur.conſi.ccxliiij.nu.1.fo.91.
Actiones quãdo dãtur ad quid mobile idem iudicatur de eis ꝓut de re mobili.conſi.clxxv.nu.1.fo.33.
Actiones que competunt pro legato quãdo dicantur competere.conſi.cdxix.nu.1.fo.132.
¶ Actor vniuerſitatis executor teſtõrũ ꝛ curator ad lites ꝛ hoſpitalarij tenenẽ reddere rõnẽ adminiſtrationis.cõſ.ccxiij.nu.2.fo.63.
¶ Actuum vicinitate quãdo aliquid dicatur factũ alterius cõtemplatione.conſi.cdxxiij.nu.4.fo.137.
Actus celebratus a prouidis ꝛ honeſtis perſonis ꝑſumitur iuſtus.conſi.clxiij.nu.4.fo.19.
Actus declaratio oſtẽdit qualis fuerit a ꝑncipio.cõſ.clvi.nu.17.fo.8.
Actus dubius cognoſcitur ex ſignis.cõſi.clxv.nu.10.fo.21.
Actus noĩe meo geſtus ratihabitiõe fit meus.conſi.clviij.nu.7.fo.10.
Actus preſumitur iuſtus ꝛ legitime geſtus.cõſi.cclviij.nu.3.fo.114.
¶ Aditio hereditatis probatur per teſtes ſingulares.cõſ.ccxcv.numero.4.fo.161.
¶ Adminiculum quid ſit.conſi.clxxxvij.nu.4.fo.41.
¶ Adminiſtrator quando dicaẽ predo.conſi.ccxiij.nu.12.fo.64.
¶ Affinis an ſit idoneus teſtis.cõſi.ccxxix.nu.9.fo.78.
¶ Agens ex cõtractu vt implorat primo debet oſtendere ſe impleuiſſe ex parte ſua.conſi.cdxxiij.nu.2.fo.137.
Agi an poſſit contra fideiuſſorem indẽnitatis vt defendat.conſilio cclxiiij.nu.12.fo.92.
¶ Agnate que etiam ſint cognate non includunẽ in illis verbis ex aliis cognatis.conſi.ccvij.nu.9.fo.59.
Agnitio voluntatis defuncti non preiudicat in legitima.cõſi.ccxxx.nume.5.fo.78.
¶ Alia dictio includit ſimilis expreſſis.conſi.cdxxxv.nu.1.fo.151.
¶ Alienans quãdo poſſit contra eũ in quem facta eſt alienatio allegare cõtractum ſimulatum conſi.cdxiij.nu.7.fo.123.
Alienare extra familiam an quis dicatur inſtituẽdo filias nuptas.conſi.ccxxvij.nu.4.fo.74.
Alienare in certam perſonam ꝓhibitus videtur etiam prohibitus actum facere ex quo ſequatur alienatio ex diſpoſitione legis.cõſ.ccclj.nu.11.fo.88.
Alienatio an valeat pendente conditione.cõſi.ccxxvij.nu.2.fol.73.
Alienatione bonorũ ꝓhibita an cenſeatur ꝓhibita ſucceſſio abinteſtato.conſi.cccxlij.nu.2.fo.160.
Alienatio eſt prohibita in feudis nec currit preſcriptio.cõſil.clxvj.numero.5.fo.24.
Alienatio facta per minorẽ cum iuramẽto ſicut eſt valida ita facta per procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad iurandum.conſi.ccxxxix.nu.5.fo.83.
Alienatio prohibita in vita an cenſeatur ꝓhibita in morte.conſil.ccdix.nu.16.fo.100.
Alienatione prohibita an videatur ꝓhibita heredis inſtitutio.cõſ.ccxxvij.nu.9.fo.75.
Alienatione prohibita etiã in caſu neceſſitatis an videaẽ etiã prohibita alienatio ꝑ viã vltime volũtatis.cõſi.cclj.nu.1.fo.120.
Alienatione prohibita niſi in deſcendentes maſculos an veniant legitimati.conſi.cclj.nu.10.fo.104.
Alienatione prohibita prohibetur ꝛ preſcriptio.conſil.cclxvj.numero.44.fo.130.
¶ Alimenta preſtantur vxori in domo viri.conſilio.cdxxx.j.numero.5.fo.152.
Alimenta preſtita per extraneũ repetunẽ ab illo ad quem pertinebat onus alimentandi.conſi.clxj.nu.2.fo.15.
Alimẽtorum appellatione quid cõtineatur.cõſi.clxj.nu.4.fo.15.
¶ Aliqua dictio eſt dictio vniuerſalis.conſi.ccxliij.nu.3.fo.89.
Aliquis eſt dictio vniuerſalis.conſi.clv.nu.8.fo.6.
¶ Anima cunctis rebus preponenda eſt cõſi.ccxj.nu.7.fo.47.
Anima vnius nõ ligat animam alterius.conſi.ccxij.nu.3.fo.56.
¶ Animus qualis fuerit in precedentibus ꝓbatur ex ſequentibus conſi.clxij.nu.6.fo.16.
¶ Anglicus ꝛ de anglia quõ differant.conſil.cdxxxviij.nu.2.fo.153.
Annullatio contractus vel actus nõ inducitur ſi ille per quẽ inducitur annullatio non ſortitur effectum.conſi.clxviij.nu.1.fo.27.
¶ Apoſtata non recuperat bona.conſi.ccxxij.nu.ij.fo.69.
¶ Appellare tertio an quis poſſit.coſi.clviij.nu.1.fo.10.
Appellari an poſſit a ſententia principis.conſi.cxcv.nu.5.fo.50.
Appellatio regulariter eſt permiſſa in omni cã.cõſ.cxcv.nu.1.fo.50.
Appellationi qñ quis videatur renunciare.conſi.ccxx.nu.12.fol.69.
Appellationi ſemper deferendũ eſt in dubio.conſi.cxcv.nu.3.fol.50.
¶ Approbatio non extendiẽ ad doloſe adminiſtrata vel ignorata.conſi.clix.nu.31.fo.30.
¶ Arbitrator poteſt tam de iure cõi ꝙ̃ ex forma compromiſſi auferre rem vnius ꝛ dare alteri.conſi.ccxx.nu.1.fo.67.
Arbitratores quando poſſunt iubere generalem quietationẽ partibus ex quacunq; cauſa.conſi.cdxxiij.nu.5.fo.150.
Arbitratoris quanta ſit poteſtas.conſi.clx.nu.11.fo.15.
Arbitri non poſſunt laudare virtute cuiuſcunq; compromiſſi: niſi ſit aliqua lis.conſi.cclj.nu.19.fo.105.
Arbitriũ in puniẽdo extenditur vſq; ad penã mortis.cõſi.clxxxviij.numero.8.fo.44.
¶ Aſſerenti caſum ꝓmiſſum in prohibitis certo caſu permiſſis nõ ſtatur.conſi.cdxxxiij.nu.2.fo.151.
Aſſertio notarij cenſetur aſſertio partium.conſi.clix.nu.14.fo.12.
Aſſertio partium quando probet quo ad preiudicium tertij.conſi.clxxxvij.nu.17.fo.42.
¶ Aſſignatio dotium ſi fiat in diuiſionibus inter fratres an ꝑ talem aſſignationem probentur dotes.conſi.clviij.nu.4.fo.10.
¶ Argumentum a cõiter accidentibus valet.conſi.clix.nu.16.fo.12.
Argumentum a conſuetudine valet.conſi.clx.nu.9.fo.14.
Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in priuilegiis.conſi.cclvi.numero.11.fo.94.
Argumentũ a contrario ſenſu an ſumatur in feudis vel contra ius ꝛ an dicatur proprie ꝛ ficte.conſi.clxv.nu.24.fo.13.
Argumentũ a contrario ſenſu etiã ad correctionem iuriũ valet qñ lex aliter nihil operaretur.conſi.cdxxviij.nu.3.fo.145.ꝛ.146.
Argumentum a contrario ſenſu habet locum in ſtatuto qđ nõ extantibus filiis ꝛc.conſi.cccxvi.nu.1.fo.161.
Argumentum a contrario ſenſu non habet locum in feudis.cõſil.cdxxviij.numero.9.fo.146.
Argumentũ a contrario ſenſu quando habet locũ in ſtatutis.cõſil.ccvij.numero.11.folio.59.
Argumentũ de alimẽtis ad dotẽ non ꝓcedi.cõſi.cccxl.nu.12.fo.159.
Argumentum de feudo ad emphyteoſim an valeat.conſil.clxvij.nu.24.folio.26.
Argumentum de parte quo ad partem valet ſicut de toto quo ad totum.conſi.cxcviij.nu.3.fol.52.
Argumentum de toto quo ad totum quando ſit bonũ ſicut de parte quo ad partem.conſi.cclij.nu.12.fo.107.
Argumẽtũ ſumptũ a particulari ꝯſuetudine valet.cõſil.clix.nu.6.fo.12.
¶ Auxiliũ ꝑſtãs ante maleficiũ qñ teneaẽ.cõſi.clxxxviij.nu.2.fol.43.
Auxiliũ ꝑſtans qñ puniaẽ eadem pena.cõſi.clxxxviij.nu.6.fol.43.
Auxilium quid ſit.conſi.clxxxviij.nu.3.fo.43.
Bannitũ interficiẽs ꝑ furto ad penã furcarũ an poſſit rehãniri facere bãnitũ ꝑ homicidio patrui ſiãte ſtatuto q; talis bãnit⁹ poſſit eximi de bãno.cõſi.clvij.nu.2.fo.8.
Bannitus ꝑ furto an dicatur bãnitus ꝑ maiori maleficio ꝙ̃ bannitus qui patruum interfecit.conſi.clvij.nume.3.fol.8.
¶ Beneficium reſtitutionis in integrum an tranſmittatur ꝑ infantem decedentem hereditate non adita.conſi.cliij.nu.30.fo.4.
Beneficium reſtitutionis in integrum cõpetens minori ipſo an trãſmittatur ad heredes.conſi.ccvij.nu.5.fo.59.
¶ Bona clericorum non gaudent priuilegio clericorum niſi in caſibus a iure expreſſis.conſi.ccxxx.nu.9.fol.78.
Bona conditionalia non veniunt in publicatione bonorum.cõſil.cdxxv.nu.18.fo.143.
Bona fides ab initio requiritur in preſcribenda iuriſdictione cõſi.clxxxviij.nu.16.fo.43.
Bona fides ꝑſumiẽ ex poſſeſſione lõgiſſimã.cõſi.clxxxj.nu.3.fol.38.
Bona inter fratres diuidenda que ſint.conſi.ccxij.nu.3.fol.47.
Bona piratarũ qñ poſſunt a quocũq; capi.conſi.cclxij.nu.5.fol.119.
Bona prohibita alienari an poſſint peruenire ad ſucceſſores abinteſtato ipſorũ illorũ prohibitorũ alienare.conſi.ccli.nu.3.fol.102.
Bona prohibita alienari an poſſint preſcribi.cõſi.cclj.nu.13.fol.105.
Bona vxoris cuius preſumantur eſſe.cõſi.ccxlix.nu.30.fo.100.
Bone fidei poſſeſſor ad quos fructus teneatur etiam ſi ſit elapſum triennium.conſi.ccli.nu.15.fol.106.
Bonorum appellatione ſimpliciter an veniant iura ꝛ actiones.conſil.clxxv.nu.1.fo.33.
Bonorum poſſeſſio non agnita tranſmittitur ad deſcendentes.conſil.cliij.nu.15.fol.3.

Calculatio facta a partibus quãdo continet pactum vel tranſactionem generalẽ vel ſpecialem an faciat preiudi.ciũ.cõſi.cxcix.nu.5.fo.45.
¶ Cauſa cauſe eſt cauſa cauſati.cõſi.clvi.nu.19.fo.8.
Cauſe ciuiles graues equiparanẽ criminalibus.cõſi.clxiiij.nu.17.f.20.
Cauſa finalis cuiuſlibet diſpoſitionis colligitur ex proemio.cõſilio.clxv.nu.7.fo.21.
Cauſa finalis reſtringit ꝛ ampliat ſuos effectus.cõſi.clxv.nu.6.fo.21.
Cauſa iuſta quando preſumatur in principe.conſilio.cclxxiij.numero.11.fo.138.
Cauſa legitima an preſumat in principe.cõſi.clxiiij.nu.8.fo.19.
Cauſe finales que dicantur.conſi.clix.nu.23.fo.12.
¶ Cautelarum ꝛ clauſularum multitudo arguit fraudem.conſilio ccxv.nu.6.fo.56.
¶ Citãdus quõ ſi ille q eſt extra territoriũ.cõſi.clxvij.nu.20.fo.26.
Citari qñ debeat ille cuius cauſa principaliter intereſt ꝛ qui habet ius de preſenti in ſpe.conſi.ccli.nu.13.fo.104.
Citatio ad oẽs ꝛ ſingulos actus quid operet.cõſi ccxv.nu.7.fo.90.
Citationes ad ſententiam ſiunt an ſummarijs etiã poſt concluſum in cauſa.conſi.cxc.nu.7.fo.45.
Citatio an requiratur in legitimatione vel diſpenſatione.conſilio.ccxlvi.nu.5.fo.93.
Citatio an requiratur in impetratione officij iudicis de expellendo emphyteota.conſi.clxvij.nu.18 fo.26.
Citatio cõtinẽs expreſſum iuris errorẽ eſt nulla.cõſi.clviij.nu.15.f.10.
Citatio ꝛ alie ſolennitates preſumuntur interueniſſe in antiquis.cõſi.clx:xvij.nu.9.fo.41.
Citatio ꝛ conſenſus agnatorum ꝛ cõſanguineorum an requiratur in creatione.conſi.ccxvi.nu.3.fo.71.
Citatio nõ requiritur in impetratione literarum ꝛ collatione beneficij.conſi.clxiiij.nu.19.fo.20.
Citatio requiritur qñ cauſa deciditur cũ preiudicio tertij per reſcriptum.conſi.cclvi.nu.52.fo.130.
Citatio requirit qñ ſententia exequitur ſuper eadem re qua lata eſt cõtra tertium.conſi.clviij.nu. 3.fo.10.
¶ Ciuitas lucana ex quo nõ recognoſcit ſuperiorem an in ea cõmittatur crimen leſe maieſtatis.conſi.cclxxv.nu.1.fo.141.
Ciuitas que tenet vicẽ principis poteſt cõdendo legem facere q lex cõprehendat preterita etiam decĩſa.cõſi.cclxxxviij.nu.13.fo.155.
Ciuitas ſi eſt diuiſa per quarteria quo ad adminiſtrationẽ iuriſdictionis nõ poteſt vnũ ſtatuere quo ad deciſionem cauſarũ.conſi.cclxvij.nu.3.fo.135.
Ciuitas ſubiecta vtitur ſtatutis ciuitatis ſuperioris.cõſi.cclxxi.nu.2.fo.134.
¶ Clauſula autoritate ap̃lica an tribuat iuriſdictionẽ ordinariam vel delegatã qñ ponit in aliqua cõceſſione.cõſi.ccix.nu. 4.fo.116.
Clauſula derogatoria dicitur adeſſe in teſtamẽto ad pias cauſas ꝛ inter liberos.cõſi.ccxxix.nu.11.fo.78.
Clauſula generalis adiecta poſt ſpecialem prouiſionẽ qñ reſtringatur ad ſimilia expreſſis.conſi.ccxcvij.nu.1.fo.163.
Clauſula generalis in fine poſita refertur ad omnia ſpecificata.cõſi.clxxxviij.nu.5.fo.43.
Clauſula generalis qñ reſtringatur.conſi.ccc.nu.3.fo.165.
Clauſula in oĩbus ꝛ per oĩa quid importet.conſi clxv.nu.14.fo.22.
Clauſula omni meliori modo qd importet.cõſi.clxxiij.nu.4.fo.31.
Clauſula ſine iſi preiudicio venientium ab inteſtato quomodo intelligatur.conſi.ccxij.nu.2.fo.62.
Clauſula ſi omnes deceſſerint quid operetur in ſubſtitutione.conſi.ccxlix.nu.9.fo.97.
Clauſula ſpecialiter ꝛ expreſſe reſtringit generalitatẽ precedentem.conſi.ccix.nu.18.fo.118.
Clauſula vbicũqꝫ voluerint qñ intelligat.cõſi.ccix.nu.2.fo.61.
Clauſula vna inſolita appoſita in cõtractu non arguit eius ſimulationem.conſi.cclxij.nu.6.fo.120.
Clauſule ex certa ſcientia ꝛ nõ obſtantibus ſolẽt apponi per principem qñ vult preiudicare iuri tertij.conſi.cclxxij.nu.11.fo.136.
Clauſule ex conſuetudine notariorum appoſite an probent.conſil.clix.nu.25.fo.13.
Clauſule inſolite arguũt ſimulationẽ contractus.conſi.cclxij.numero.4.fo.119.
¶ Clericus agens cõtra laicum an poſſit in cauſa ciuili reconueniri coram eodem iudice.conſi.ccliij.nu. 11.fo.110.
¶ Cogi precise ad tradendũ an quis poſſit in obligatione rem tradi.conſi.ccxxviij.nu.9.fo.76.
Cognitio cauſe requirit quando defertur iuramentum ſuppletorium.conſi.clv.nu.9.fo 6.
¶ Collecta ſi debent ſolui ſecũdum eſtimationem bonorũ nũquid bona vxoris eſtimabuntur.conſi.cclxxxix.nu.2.fo.157.
Collecte quãdo poſſint imponi pro rebus ciuilibus poſitis in alio loco ꝛ territorio.conſi.ccciij.nu.4.fo.166.
¶ Comitatenſis ꝛ ciuis differẽtia.conſi.cclxxxviij.nu.10.fol.153.
¶ Cõmentum quid ſignificet.conſi.ccxxvi.nu.9 fo.72.
¶ Cõmune an dicatur proprie meum.conſi.ccxl.nu.5.fo.85.
Communio generalis olim quõ probetur.conſi.ccxiij.nu.9.fo.64.
¶ Compromiſſum facere obligatus tenet ipſum facere cum effectu.conſi.ccxxi.nu.3.fo.69.
Compromiſſum facere obligatus tenetur ipſum facere toties quoties opus fuerit.conſi.ccxxi.nu.4.fo.69.
¶ Compromiſſum factum ſuper litibus ortis ꝛ que in futurũ oriri poſſent non includit legatum nec fideicõmiſſum conditionale.conſi.clxxxiij.nu.6.fo.150.
Compromiſſum in quo eſt facta mentio de teſtamẽto qñ cõprehendat contenta in teſtamento.conſi.cclxxxiij.nu.1.fo.149.
Compromiſſum nõ cadit ſuper articulis iuris claris.cõſi.cclxxxiiij.numero.1.fo.151.
Compromiſſum qđ nõ põt fieri ſuper inſtrumento nõ fiet ſuper obiectis contra inſtrumentũ.cõſi.cclxxxiiij.nu.4.fo.151.
Compromiſſum ſi fuit factum ꝛ in eo cõprehendantur nominatim teſtamenta codicilli ꝛ quelibet alia vltima volũtas an includat legatum in codicillis factum ſi de eo nõ ſit facta ſpecialis mẽtio conſi.cclxxxij.nu.1.ꝛ.2.fo.148.
Compromiſſum ſi non ſiat ſuper principali nõ fiet etiã ſuper incidenti.conſi.ccc.nu.7.fo.165.
Compromiſſum ſi petat fieri in fraudem ꝛ iudex ex hoc cõiecturis cognoſcat debet talẽ petitionẽ reijcere.conſi.ccc.nu.8.fo.165.
¶ Computatio facta a ptibus ſi cõtineat pactum vel tranſactionẽ generalem an faciat preiudiciũ.conſi.clix.nu.13.fo.12.
Conceſſio generalis nõ cenſetur continere id per qđ iuri ſuperioris concedentis preiudicaretur.conſi.ccciij.nu.6.fo.166.
Conceſſio ſi ſit facta in qua concedens reſeruauit ſibi nonã partem an quolibet circuitu ſit cõſtituẽda nona pars.cõſi.ccxj.nu.2.fo.61.
¶ Cõcludendi modus attendiſ maxie in libello.cõſi.clv.nu.14.fo 6.
¶ Cõcluſio libelli magis attendiſ q̃ narratio qñ concluſio ad narrata adaptari non põt.conſi.cclxij.nu.2.fo.119.
¶ Condẽnatus ꝛ exactus in loco delicti nõ põt contra eum in loco domicilij procedi.conſi.ccciij.nu.5.fo.166.
¶ Conditio in legatis quo ad obligationẽ perſonalẽ ꝛ hypothecariam trahitur retro.conſi.cclxix.nu.2.fo.133.
Conditio quando retrotrahitur an debeat attendi tempus.cõſilio clxxxiij.nu.3.fo.39.
¶ Cõductor qñ excipiat de iure proprij dominij cõtra locatorem.conſi.cclxxxvij.nu.1.fo.152.
Conductor ſi non poteſt fructus percipere an ꝛ quando locator teneatur ad intereſſe.conſi.clvi.nu.11.fo.7.
¶ Confeſſio an dicatur ſimulata ſi poſtea ſequatur pmiſſio per emptorem facta.conſi.clxxix.nu.4.fo.36.
Confeſſio extraiudicialis facta preſente parte an pbet.cõſi.ccxxviij.numero.3.fo.76.
Confeſſio facta a perſona prohibita non valet.conſilio.ccxlj.numero.15.folio 89.
Confeſſio facta incõtinenti poſt tormenta preſumit facta metu tormentorum.conſi.cclxiij.nu.10.fo.121.
Confeſſio facta per virum in eius teſtamento ſcilicet ſe habuiſſe a ritio centum pro vxore veſtienda an ſibi preiudicet.conſi.ccxcliij.nume.1.fo.161.
Confeſſio facta ſine cauſe cognitione contra ius gentiũ dicitur eſſe priuilegium proprie ꝛ per ſubreptionem vitiatur.conſil.cclxxiij.numero.12.fo.138.
Confeſſio in preſentia partis nõ acceptata an probet ſi ſit geminata.conſi.ccxxviij.nu.6.fo.76.
Confeſſio vxoris qđ matrimonium fuerit conſummatũ an probet pro viro contra vxorem.conſi.ccxxiij.nu.3.fo.70.
Confirmans quando videat confirmare cum omnibus ſuis qualitatibus.conſi.cclviij.nu.10.fo.114.
¶ Confirmatio quãdo pbetur ex narratione cõſi.cclviij nu 9.fo.114
Confirmatio quelibet etiam principis intelligitur etiã ſine preiudicio tertij conſi.clxiiij.nu.12.fo.20.
¶ Coniecture legum dicuntur liquidiſſime probationes.conſilio cclxiij.nu.3.fo.122.
Coniecture que ſint qbus pbetur qđ filius negotiet animo ꝫtrahẽdi ſocietatẽ cũ patre ꝛ fratribus.conſi.clxij.nu.5.fo.16.
